LOGICA
D-D-DEMO
-R-V-

Edouard. De Marcé

Logica P. D. Joan

Gabr. petit De

Montemyan. Alb.

1824

rue S.t Iacques a letoille

Cessi d'Sellemand

Breuis

ad

Philosophiam

Introductio.

Die 1.ª Octobris. Anno

Reparatæ Salutis

1715.



Brevis ad Pphiã

Introductio

Hoc est in more positum apud Pphos qui in Scholis nostris docent, ut de Pphiâ ipsâ pro argumenti amplitudine disserere non antea aggrediantur, quàm vocum quibus utuntur brevem et circumscriptam quandam explicadem definiendo tradiderint: cujus consilii hanc afferunt rad̃em, quod Auditores suos ea prius discere deceat quæ spectant ad Pphiæ sermonem, et modos quosdam loquendi Proprios, quàm dogmata penetraliaq; scientiæ suæ iis permittantur et tradantur.

Hæc saltem utilitas est in interpretando voces Pphis proprias, ut Tirones paulatim assuefacti dictionibus plurimis quas plus justò difficiles, remotasque à communi et usitatâ in sermonibus hominum loquendi ratione

inuenit horum luxurians cura, has non perhorrescant, sed intelligere, ac usurpare ipsi, si necesse fuerit facile possint; neque deincepsin Intelligentiâ et tractâde rerum quas docent Pphi, vocum quarundam singularium obscuritate aut difficultate retardentur.

Huic ergò Majorum instituto obtemperantes in ipso Pphiæ limine explicaoem seriemque dabimus vocum Pphiæ propriarum, quod quidem à vobis præstabitur, ut non tantùm dictionũ Pphiæ nõo accurrata exindè speranda sit, sed ordo quoque in Pphiâ docendâ à nobis observandus elucere debeat.

A gñali quodam de Pphiâ sermone auspicari par est ne significatio hujus vocis lateat, quâ solet appellari disciplina quã Profitemur.

Proœmium

De Philosophiâ In Genere

Tria Spectanda hîc sunt ad Sphiam gnatim pertinentia, Ejus naturæ Sive essentiæ, Causæ et Speciei, Seù diuisio in disciplinas plures.

Caput Primum, De Nomine et Naturâ Philosophiæ,

Phia græca vox est derivata ex ambobus nominibus φιλία, quod est amor, et σοφια, quod

est sapientia, idem proindè sonat quod amor et studium sapientiæ, hoc est, veritatis atque honestatis.

Recens est Philosophiæ nomen et a Pythagorâ tùm primum usurpatum, cum interrogatus quem esse se profiteretur, an sapiens esset, respondet esse se Philum dumtaxat, hoc* sapientiæ studiosum, non verò sapientem, à quo tempore ōis humana scientia Philosophiæ nomen retinuit, commutâdo factâ vocis sapientiæ cum modestiore et æquiore Philiæ nuncupatōe.

* est, de

Attamèn Philia remansit eadem ac sapientia, atque adeò definiri potest, sicut olim explicata fuit a Platonicis, scientia rerum diuinarum et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur.

1° dicitur scientia, hoc est, cognitio vera, certa, et euidens.

2° Rerum diuinarum, id est Dei et creaturarum ōium quæ quoniam opera Dei sunt hèc diuinis rebus comprehenduntur.

3° humanarum, id est, hōis vel cogitatōum vel actionum.

4° et causarum quibus hæ res continentur; Philus namque cognoscere debet causas propter quas res ità sunt, vel saltem propter quas res ità esse affirmatur aut negatur.

Causæ nomen hic utrumque significat, vel causas propter quas res ità sunt, quæ de sequenti capite numerabuntur, quatuor, aut quinque, vel latè quâdam significatōe ruōes

9 simodas propter quas aliquid esse vel non esse nobis constat.

Vocibus aliis definita est Pſhia ab Aristotele, cognitio nimirùm vera, certa, et evidens rei naturalis et nẽaria per causas.

1.º Dicitur cognitio, hoc est, affectio mentis videntis, quæ affectio non momentanea tantùm est, seù ut vulgò loquuntur, actualis, sed perseverans et diurna, seù habitualis.

2.º Vera, id est consentiens cum objecto cognito, quo nomine Philoſphia distinguitur ab errore qui falsum est de rebus Judicium.

3.º Certa, id est, firma et immota, quo nomine distinguitur ab opinione quæ incerta est, et adjunctam aliquam habet dubitaõis rãoem, triplex porrò distingui solet certitudo, subjecti, objecti, et medii, seù argumenti.

Certitudo subjecti est firma mentis persuasio, seù rei cognitæ adhæsio: sic certum est mihi Deum existere.

Certitudo objecti, est constantia et immutabilitas rei in suâ naturâ: V. g. existentia Dei certum est humanæ cognitiõis objectum.

Certitudo medii est nẽaria connexio medii seù argumenti quo utimur cum objecto cognito: V. g. Creaturæ sunt medium certum cognoscendi Deum existere; per medium hîc intelligi debet rẽo assumpta ad cognoscendum aut probandum aliquid.

Proœmium

Sed rursum certitudo subjecti triplex distinguitur, alia dicitur Metaphysica quæ summa est, alia Physica alia moralis.

Verùm hæc posterior certitudinis dictio alibi explicabitur.

Nunc animadvertendum est triplicem modo definitam certitudinem ad Pphicam cognitionem esse requisitam; Pphia quippe animum in huâ cognitione immotum facit, versatur circà rem in huâ naturâ immotam, et tandem nititur medio seù argumento.

4.° Evidens, id est, clara et distincta; potest autem cognitio esse evidens, vel immediatè, hoc est per se solam, qualis est cognitio sententiarum plurium quæ vel ab hoc ibus vel ab hoc ibus sciuntur, vel mediatè, hoc est, per aliud quocum evidenter connexum percipitur, qualis est cognitio rerum, seù propositum ex universalibus sententiis et noc ibus deductarum. Pphia in quantùm evidens est, discrepat a fide, quæ vera quidem et certa est in supremo gradu, sed obscura est.

5.° Rei naturalis et necessariæ, naturalis quidem, hoc est, quæ possit cognosci lumine naturali, necessariæ verò, id est, quæ immota sit secundùm naturam suam, nec possit aliter se habere, talis est circulus qui lumine naturali cognoscitur, et non potest non esse rotundus.

6.° Demùm per causas quod antèà explicatum est.

Caput Secundum,

De causis Philosophiæ

Res quæque censetur optimè nota cum per causas innotescit.

Causa autem q̃natim definitur principium per se influens in aliud; difficultas si aliqua est in istâ definitõe probè intelligenda, alibi explicabitur ubi de causâ disputabitur ex professo.

Quadruplex vulgò, aut quintuplex causa distinguitur, finalis, efficiens, materialis, formalis atque etiam exemplaris.

Causa finalis seù finis, est id cujus gratiâ fit aliquid; V.G. Lucrum est causa finalis mercatoris, sed duplex distingui solet finis, scilicet finis cui, et finis cujus gratiâ. Ità loquuntur Pphi brevitatis causâ.

Finis cui est persona in cujus commodum res cedit, talis est Mercator in exemplo allato.

Finis cujus gratia est id ad̃ quod res ipsa per se tendit, tale est lucrum in exemplo eodem;

aliquando tamen finis cujus gratiâ dividitur in finem operis et finem operantis, finis operis est id ad quod opus ipsum refertur per se; finis operantis est id ad quod hõc operans intendit; V.G. finis Eleemosinæ est bonum pauperis, sed finis hõis operantis seù dantis Eleemosinam potest esse vana gloria. ℔

finis cui Ppthia est hõ in cujus commodum cedit Ppthia.

finis cujus gratiâ. Ppthia est cognitio veritatis et operãõ virtutis. Imò quælibet operãõ præclara intuitu Dei tanquam finis ultimi.

Causa efficiens quatim est id ea a quâ fit aut producitur effectus, et duplex distinguit Solet. 1.ª et 2.ª

Causa efficiens 1.ª est ea quæ ab aliâ causâ non pendet ut operetur, unica est hujusmodi, Deus scilicet.

Causa efficiens 2.ª est ea quæ pendet a 1.ª ut operetur, tales sunt Creaturæ.

Causa efficiens 1.ª Ppthiæ Deus est, ãs scientiæ, ãsque virtutis parens et largitor. hic primo hõi Adam quem fecerat innocentem, sapientiam ãms dam simul cum mente dedit, seù ut loquuntur per infusionem insufflavit; per infusionem inquã, variis enim modis haberi potest Ppthia, vel infusõe vel inuentione, vel doctrinâ.

Infusione cum a solo Deo citrà laborem et studium confertur.

Inuentione cùm proprio labore et meditãõe assiduâ obtinetur.

Doctrinâ cum docente aliquo Ppthõ comparatur.

Causa efficiens 2.ª Ppthiæ sunt ii ões qui veritatem primi inquisiverunt, et aliquâ ex parte agnoverunt.

Causa materialis triplex distinguitur, ex quâ quæ retinet commune nomen materiæ, in quâ seu subjectum, et circà quam sive objectum.

Causa materialis ex quâ duplex est, materia eductionis, ut aiunt, et materia compõis.

Materia eductionis nihil reverà est nisi subjectum ex quo educitur forma, seu potius in quo formatum recipitur, sic cera dicitur materia eductionis imaginis alicujus.

Materia compõis sunt partes ex quibus totum componitur, ità lapides ligna et alia ejusmodi sunt materia compõis domûs.

Materia eductionis Sphiæ est mens humana in quantùm Sphia recipitur in mente.

Materia compõis Sphiæ strictè loquendo nulla est, quoniam Sphia utpotè mentis affectio simplex est, non composita ex multis partibus, si tamen minùs propriè loquamur, et collectivè humanus Sphiam, ejus materia compõis haberi poterunt plurimæ disciplinæ, in quas tanquam in partes suas distribuitur, putà, Logica, Metaphysica, Physica, Moralis, et Mathematicæ disciplinæ.

Causa materialis in quâ seu subjectum, duplex est, inhæsionis, et denominãtionis.

Subjectum inhæsionis est illud in quo recipitur forma accidentalis; ut paries respectu albedinis.

Subjectum denominãtionis est illud quod ab aliquâ formâ denõatur, hoc est nomen summa mutuatur, ut hõo justus est subjectum denominãtionis Justitiæ.

Tertium distingu itur subjectum quod vocant informationis, in quo recipitur aliqua forma essentialis; unicum affertur ejus exemplum, scilicet humanũ corpus erga animam humanam, quapropter ista subjecti species non est hujus loci.

Subjectum inhæsionis ℔phiæ est humana mens cui ℔phia aduenit, tanquam forma accidentalis.

Subjectum denominationis ℔phiæ est ℔phus vocatus.

Causa materialis circà quam siue objectum est illud circà quod versatur aliquid; sic color objectum est visûs quia visus circà colores videndos occupatur.

Duplex verò distinguitur objectum materiale, et formale.

Objectum materiale est res ipsa circà quam potentia vel disciplina, vel habitus versatur primò et per se ità ut circà illud ipsum versetur Mathesis.

Notandæ sunt hæ voces primò et per se quibus opponuntur aliæ voces, hæ scilicet secundariò, et per accidens, nam materiale objectum alicujus disciplinæ id tantùm reputatur circà quod hæc disciplina versatur primò et per se, non secundariò et propter aliud, hoc est, in gratiam objecti sui V.G. Objectum ~~Obj~~ materiale architecturæ sunt ædificia construenda in quæ primò et per se intendit, non lapides ligna, aliaque ejusmodi de quibus tractat architectura secundariò, et propter domos ædificandas.

Objectum materiale multis modis diuiditur.

1° In totale et partiale.

2° Partiale iterùm dicitur, vel primarium vel secundarium.

Objectum materiale totale, est collectio ẽ. um circà quæ aliquid versatur. V.G. Mundus universus

ex cælo et terrâ constans, est objectum materiale totius Physicæ.

Objectum materiale partiale, est pars aliqua eorum circà quæ aliquid versatur V.G. Corpora cæli, sunt objectum materiale partiale Logæ Physicæ.

Objectum partiale primarium est illud quod aliquam habet præ cæteris excellentiam vel utilitatem; ità se habet humanum corpus in physicâ.

Objectum partiale secundarium est illud quod nullam præ cæteris obtinet dignitatem vel utilitatem, V.G. Metalla et lapides in Physicâ.

Objectum formale est ratio vel modus specialis quo objectum materiale consideratur, exprimi solet his particulis, prout, in quantum &c. sic objectum formale Physicæ, quæ circà corpus naturale versatur primò et per se, exprimitur his particulis prout ipsum naturale est.

Ex objecto materiali et formali simul sumptis exurgit objectum totum seù adæquatum aut attribuõs ut vocant, V.G. Corpus prout naturale est, objectum est totum Physicæ.

Ad objectum totum quatuor vulgò requiruntur conditiones, Veritas, Commensuratio, Relatio, et distinctio.

1° unum sit oportet, hoc est, speciale et definitum, ità ut ejus partes in aliquâ communi ratione conveniant.

2° Debet esse commensuratum rei cujus est objectum, ità ut nec latiùs nec angustiùs eâ sit.

3.° Debet esse relatum, hoc est, relationem habere ad disciplinam cujus objectum est: ità ut ad ipsum referantur omnia quæ in hâc disciplinâ tractantur, vel tanquam principia vel tanquam proprietates, vel tanquam effectus vel tanquam partes aut species.

4.° debet esse distinctivum, ut aiunt, tale ut distinguat disciplinam cujus objectum est ab cæteris aliis disciplinis V.g. Corpus prout nâale est, quod modò diximus objectum esse totum Physicæ; istus quatuor habet conditiones 1.° est unum in quantùm sub communi ratione spectatur a Physicâ 2.° est commensuratum Physicæ, quia tam latè patet quâ Physica, non plus non minùs. 3.° ad Physicam relatum est, quia quidquid investigat Physica ad corporis nâalis cognitionem ordinatur. 4.° distinctivum, idest Physicæ, quia eam distinguit ab cæteris aliâ scientiâ.

Jam verò objectum materiale ipsius Physicæ sunt res cæ nâales.

Objectum ejus formale est evidens rerum cognitio lumine nâali.

Totum proindè seù adæquatum ipsius objecti sunt res nâales, in quantùm lumine nâali evidenter cognosci possunt.

Causa formalis est id per quod res aliqua, in specie seu naturâ hâc constituitur V.g. Dispositio lapidis, lignorum et aliorum ejusmodi sunt causa formalis seù forma domûs.

Causa formalis ipsius Physicæ proprièloquendo nulla est, quoniam Physica quæ affectio mentis est, nullam

habet formam, verùm si minùs strictè loquamur, et Pphiam spectemus secundùm collectionem eorũ tadũm naturalium, distribuõ ejus in plurimas disciplinas haberi potest veluti formalis ejus causa.

Causa demùm exemplaris, est id ad cujus similitudinem fit aliquid; sic imago ab architecto delineata, exemplar est ædificii ~~de~~ faciendi; hæc itidem causa cùm propriè non habet in Pphiâ atque cùm simplex sit, nullâ potest imagine adumbrari. attamen scientia Dei exemplar humanæ scientiæ nuncupare poteris.

Caput Tertium
De Divisione Pphiæ.

Philosophia in tres partes à veteribus Græciæ Pphis erat distributa in naturæ obscuritatẽ, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores; hoc est, in Pphiam naturalem, Rãonalem, et Moralem.

Naturalis pphiæ nomine intelligenda ea est quæ de rerum tùm corporearum tùm incorporearum naturam tractat.

Rãonalis Pphia est Dialectica vel logica, quæ ad disserendi subtilitatem spectat.

Moralis Pphia in regendis moribus tota occupata est, et legum scientiam seù jurisprudentiam complectitur.

Verùm in Scholis Pphia distribuitur in speculativam et practicã.

Pphia speculativa ea est quæ in solâ objecti

contemplãdo conquiescit, non tendit ad opus.

Pphia practica ea est quæ non conquiescit in objecti sui contemplãdo, sed aliquid circà illud operatur, aut potiùs operandum docet.

2.o Pphia Speculativa duplex distinguitur Metaphysica et Physica: Practica itidem Pphia duplex est Logica et Moralis: Matématicæ verò disciphinæ ad utrumque genus Speculativæ et practicæ scientiæ referuntur.

Ex quibus patet quinque jam esse Pphiæ partes gñales, Logicam, Metaphysicam, Moralem seù Ethicam, Physicam, et Matematicas disciplinas.

Istæ ẽdẽ Pphiæ seù scientiæ species modò habituales dicuntur, modò actuales.

Pphia habitualis est facilitas Pphandi diù in animo perseueras et manens in nobis vãntibus, dormientibus, aut aliud agentibus.

Finis Proœmij Philosophiæ.

Compendium Logicæ

Proœmium de Logicâ generatim

Logica nomen

deri=va=tur a vocabulo λόγος, quod græcè et cogitationem et sermonem in cogitatis notare significat. A cogitatione potissimum quia ea velut sermo interior quo mens secum ipsa loquitur, Logica id nomen nomen assumpsit: in id quippe invenitur ut nostras cogitationes ad veritatem dirigat; imò sermones quoque nostros componat in gratiam cogitationum.

Hæc eadem disciplina aliquando appellatur Dialectica, aut ars organum; Dialectica, inquam, quod

22

modum doceat differendi, et utendi rationes; organum verò quod aliarum disciplinarum veluti janua sit et instrumentum.

Definitur ars et scientia practica directrix cogitationum mentis ad veritatem.

Ad intelligentiam hujus definitionis, cæterarumque disciplinarum definitiones intelligendas observandum est quinque vulgò distingui mentis habitus (quales scil. virtutes, ut aiunt, intellectuales), Intelligentiam, sapientiam, scientiam, prudentiam, et artem, ad quarum aliquas sive unam sive aliam unaquæque Philosophiæ pars refertur.

Intelligentia (ut hos quinque mentis habitus definitionibus propriis interpretor) est virtus mentis quæ versatur circa prima cogitationis humanæ principia, hoc est, circa sententias quasdam universales, qualis est ista totum est majus sua parte.

Sapientia hîc est virtus mentis quæ versatur circa res altissimas per altissima principia, res autem altissimas intelligunt Philosophi tum res universales ens scilicet et modum entis (quatenus spectatum), res excellentissimas, hoc est, Spiritus creatos.

Scientia stricte sumpta est virtus mentis quæ versatur circa res inferiores, per inferiores causas. res autem inferiores sunt res corporeæ. Angusta hæc scientiæ definitio hujus tantum loci est, nam in quotidiano sermone Philosophorum scientia est omnis cognitio evidens rerum seu altissimarum seu inferiorum.

Prudentia hîc est virtus mentis quæ versetur

circà actionem seu vitam honestè instituendam.

Ars demùm est virtus mentis quæ versatur circà effectionem benè perficiendam; V.G. circà extruendas domos.

Differt secundùm aristotelem effectio ab actione seu praxi in eo quòd praxis sit actio moralis in quâ spectatur agentis intentio, ratio habitâ honestatis moralis; effectio verò sit quælibet operatio in quâ agentis industria præcipuè attenditur. V.G. Eleemosina est actio seu praxis, ictura verò est aliqua effectio; quâ præmissâ habituum mentis qualium distributâ resumo definitionem Logicæ antèà datam.

1.° Dicitur ars, id est habitus effectivus, ut aiunt, seu seu qui versatur circà ea quæ industriè fieri possunt.

2.° Scientia, quo in loco scientia sumitur pro cognitione qualibet verâ certâ et evidente non verò pro cognitione rerum inferiorum tantùm; versatur namque Logica circà res excellentes è quarum numero sunt mentis nostræ cogitationes.

3.° Practica quia non conquiescit in contemplatione objecti sui, id est, cogitationum nostrarum, sed modum docet eas dirigendi ad veritatem.

4.° Directrix cogitationum mentis ad veritatem, quibus verbis exprimitur objectum Logicæ adæquatum seu totum: materiale objectum Logicæ sunt cogitationes mentis, ejusdem verò objectum formale est dirigibilitas ad veritatem.

5.° Quatuor autem cogitationum species distingui possunt si modò latior faciliorque incatur earum dividendarum ratio, notio quæ apprehensio

27

et quandoque Idea nominari consuevit, Judicium, ratiocinatio seu discursus, et Methodus. Singulas hic loco definiemus.

Duplex est Logica, naturalis et artificiosa.

Logica naturalis nihil est aliud quam mens ipsa in quantum sibi a naturâ obtinuit.

Logica artificiosa est ea quam definivi artem et scientiam practicam, et cogitationes mentis dirigentem.

Praterea vulgaris est Logicæ divisio in docentem et utentem.

Logica docens est ea quæ præcepta tradit cogitandi.

Logica utens est ea quæ præcepta cogitandi in usum convertit.

Quapropter Logica docens est prima Philosophiæ pars, cujus est cogitationes mentis ad verum dirigere.

Logicæ autem utentis nomine intelligi oportet quamlibet disciplinam, puta Metaphysicam, Logicam &c. in quantum istæ disciplinæ in docendo objecto hic præceptis utuntur Logicæ scientiæ.

Ordo modusque tractandæ Logicæ repetendus est et à Divisione commodiore cogitationum mentis et a multiplici earum in nobis consideratione; verum enim certumque est simpliciorem ac meliorem disciplinæ cujusque distribuendæ et tractandæ rationem ab ejus subjecti tum partibus tum respectibus insigniter diversis esse desumendam.

Porro quatuor commodè admeruntur Species cogitationum.

Praterea unaquæque cogitationis Species spectari in nobis potest vel prout in mente hæret vel prout manifestatur aliis nominibus beneficio signorum quorundam et vocum præsertim.

Quapropter Logica hæc distribuitur in quatuor partes.

25

1.a De nõõe est, quæ vulgò apprehensio nominatur.
2.a de Iudicio.
3.a de Ratiocinãe seu discursu.
4.a de Methodo, seu dispõe.
Sed rursum unaquæque Logicæ pars considerata subjectam sibi cogitadem debet, et prout in mente est ac manet et prout signis propriis explicatur

Prima pars Logicæ

De Notione et Idea

Spectanda est hæc prima cogitãois species tùm prout in mente hæret, tùm prout manifestatur signis quibusdam id est, nominibus.
Sed rursum ad ipsam in mente consideratam pertinent Naturæ, proprietates, et species tùm nõõis tùm ideæ quæ ôia tribus capitibus explicabuntur, primum erit de naturâ nõõis et Ideæ; ac simil de proprietibus Ideæ. Secundum de utriusque divisionibus aut speciebus. tertium de Idearum signis seu de nominibus.

Caput Primum
De Naturâ Notionis et hujus Proprietatibus.

Notio seu ut vulgò loquuntur apprehensio definiri potest prima cogitãdis species quâ quid piam concipitur tantùm, V.g. Cognitio aut nuda observãtio solis, terræ figuræ &c. est nõe.

1.o dicitur Species cogitandis, id est, affectio mentis cujus mens proximè conscia sibi est.

2.o prima quoniam ordine prima venit in mentem; priùs est enim rem quampiam cognosci quam ullum de câ a nobis informari Judicium.

3.o quâ quidpiam concipitur, hoc est, observatur aut videtur.

4.o tantùm, hoc est sine ullâ affirmãde aut negãde.

Idea distinguenda en nõe definiri potest rei species seu imago menti exhibita, vel ut simplicius loquar, est res ipsa mente conepta V.g. Circulus mente conceptus est quædam Idea.

Proprietates Ideæ sunt, Veritas, evidentia, et distinctio.

Veritas gnatim est conuenientia rei vel modi cum suâ Regulâ. Vnde veritas cognitionis est conuenientia cogitãdis nostræ cum re cognitâ.

Veritas propria atque essentialis est Ideæ: hæc enim secundum naturam suam consentium est cum re quam repræsentat, alioquin Idea hujus rei non esset seù rem omninò non ſr repræsentaret.

De Euidentiâ et distinctione Idearum nostrarum sequenti capite mox agemus.

Caput Secundum.

De Diuisione Notionis,

Seù Speciebus Ideæ.

Sorsium Refero Species Nõois et Ideæ

Species Notionis gnaliores.

Tres sunt Species nõois gnaliores. Intelligentia pura, Imaginãe et Sensãe.

Intelligentia est ea nõois species per quam citrà imaginis corporeæ subsidium quidpiam

a mente concipitur. V.G. cognitio Dei, rerumque omnium incorporearum fit per intelligentiam puram.

Multis enim modis res cognosci possunt per intelligentiam puram quemadmodum in ipsa tantum Metaphysica explicabitur.

Imaginatio est species nobis, per quam ope imaginis in cerebro veluti depicta quidpiam a mente concipitur V.g. Recogitatio solis aut hominis cujusdam propter imaginis earum rerum in cerebro exaratas est imaginatio quedam.

Sensatio est ea nobis species que aliquid propter factum hujus occasione et presentia in sensum organis motum concipitur. V.g. Visio presentis solis aut hominis alicujus nos alloquentis est sensatio.

Species Idee

Plurimi sunt dividende Idee modi vel ratio principii multiplicis a quo profluere Idea dicitur vel ratio modi quo objectum suum representat.

Cartesiani qui Ideam cum Notione confundunt, tripliceem distinguunt Idearum originem, tresque earum species enumerant, Innatas adventitias et factitias.

Innata Idea est ea que statim ab ortu menti nostre divinitus impressa est; talis est Idea entis gratia, modorumque ejus gradualium

essentiæ, existentiæ, &c.

Aduentitiæ Ideæ definitur a cartesianis ea quæ menti nostræ successu temporis advenit occasione rerum externarum seu extra nos positarum; tales ab iis nõantur cognitiones qualitatum sensibilium, colorum, sonorum, odorum, &c.

Hujusmodi Ideas non habent qui organis sensuũ ad eas excipiendas transferendas que a naturâ conuersis semper caruerunt: sic cæci nati non habent Ideas colorum aduentitias

factitia Idea definitur ea quæ ex Ideis quibus jam informata mens est, juxta se positis componitur, talis est Idea montis aurei quam ex Ideâ montis, et Ideâ auri mens fingit.

Rãe objecti repræsentati dividitur Idea multis modis.

1°. In Ideam rei, modi, et rei modificatæ.

Idea rei seu entis aut substantiæ (hæc enim tria nomina idem significare possunt) est Idea ejus quod est per se, hoc est, ut valgò explicant, non inhærendo alteri; ut Ideæ spiritus, materiæ.

Idea modi est Idea ejus quo res est ordinominatur talis, ut Idea rotunditatis.

Idea rei modificatæ est ea quæ repræsentat rem cum suo modo, talis est Idea corporis rotundi.

2°. In simplicem et complexam.

Simplex Idea est ea quæ repræsentat vel

rem unicam vel modum unicum, qualis est Idea materiæ, rotunditatis.

Complexa Idea est ea quæ rem exhibet cum aliquo modo quo afficitur, ut Idea bacculi fracti.

3.° In universalem, particularem et singularem.

Idea universalis est ea quæ rem ab existentiâ et quolibet peculiari modo existendi solutam repræsentat, ut Idea hōis.

In Ideâ universali duo sunt observanda diligenter ejus comprehensio et extensio.

Comprehensio Idea universalis est complexio attributorum ejus sine quibus nec esse nec concipi illa potest.

Sic conjunctio Physica mentis et corporis est comprehensio Idea ~~universalis~~ hōis.

Extensio Idea universalis est multitudo subjectorum quibus hæc Idea convenire potest, sic Petrus, Paulus, et hōes cæteri hinc existentes hinc possibiles.

Extensionem faciunt Ideæ universales hōis.

Particularis Idea est ea quæ vel plura singularia vel singulare unum sed non designatum menti repræsentat, talis est Idea plurium hōum aut hōis alicujus quem nescimus Paulus sit an Alter.

Singularis Idea est ea quæ rem aliquam singularem et definitam repræsentat, talis est Idea

Petri.

Quinque ex doctrinâ Porphyrii numerantur universalia quæ tanquam Species Ideæ universalis spectari et definiri hoc loco possunt. Genus, Species Differentia, Proprium, et Accidens.

Genus est Idea universalis quæ repræsentat partem essentiæ sciæ speciei communioremi ut figura respectu circuli et trianguli.

Diuiditur genus in supremum et subalternum tum in proximum et remotum.

Genus supremum est illud quod nullum supra se genus agnoscit, quale est ens.

Genus subalternum est illud quod sub uno respectu est genus et sub altero species, quale est corpus quod est genus respectu viuentis siuè animalis, et species est genus respectu viuentis siuè animalis, et species respectu substantiæ, vide si vis arborem quam nominant Porphyrianam.

Genus proximum est illud inter quod et speciem aliud genus intercipitur, ut modus respectu circuli quia inter modum et circulum medio loco concipitur figura.

Species est Idea universalis representans totã rei essentiam siuè est attributum universale quod multis individuis conuenit et nominatur ad quæstionem factam quid res sit tanquam tota rei essentia. V. G. hõ est species Petro, Paulo, &c. conueniens tanquam eorum essentia.

Ità saltem speciei nomen sumitur in Logicâ, imò in omnibus ferè sermonibus Pphorum. Idemtamen species sumitur pro substantiâ quâlibet

complexâ ex genere et differentiâ constante; secundum quam significationem in individua ipsa Petrus, Paulus, etc. aliquando vocantur species.

Cave verò ne fraus lateat in verbo non simpliciter nominatur species sed species Physica.

Quâ prætermissâ peculiari definitione speciei, observo speciem prout intelligitur a Logicis, et Metaphysicis dividi in subalternam et Infimam.

Species subalterna est ea quæ sub uno respectu est species, et sub altero est genus. ut animal species est respectu viventis, et genus respectu hominis.

Species infima est ea cui nullæ subjacent species, et immediatè subjiciuntur individua.

Individuum autem est id quod sub specie contentum in plura ejusdem secum rationis dividi nequit, ut Plato, Aristoteles.

Duplex autem in scholis distinguunt individuum; vel enim, inquiunt, individuum exprimitur indefinitè et aliquis homo, tunc que individuum aliquis appellatur; vel definitè, sicè cum designatur nomine proprio ut Petrus sicè cum pronomine demonstrativo, indigitatur, ut hic homo.

Differentia essentialis et specifica, quæ solus facit tertium ordinem universalium et Idea universalis representans partem essentiæ specialem, et primariam V. G. Cogitatio est differentia essentialis et specifica spiritûs, Duplex est differentia essentialis altera generica altera specifica.

Differentia generica est ea quæ convenit multis speciebus differentibus V. G. Corpus est differentia generica belluarum et plantarum.

Differentia specifica est ea quæ convenit multis

solo

solo numero distinctis V.G. hõ est differentia specifica Petri, et Pauli.

Proprium est Idea universalis representans attributum essentiale secundarium. voco autem attributum essentiale secundarium illud quod immediatè fluit ab essentiâ sicùt a genere et differentiâ quæ essentialia primariaque sunt rei attributa et in mentem nostram non venit nisi bene antea cognita fuerint genus et differentia sic se habet facultas ratiocinandi in hõe.

Modo tamen gñaliori proprium usurpatur à Porphyrio, qui quatuor illius species enumerat.

Prima est ejus quod convenit soli alicui Speciei et non õi: sic accidit soli hõi esse medium, sed non õi.

Secunda est ejus quod õi Speciei convenit non soli, sic õi hõi convenit duos habere pedes, non soli, aues quoque sunt bipedes.

Tertia est ejus quod õi et soli Speciei convenit sed non semper: sic actus ratiocinari convenit õi, et soli hõi sed non semper, quia hõ non semper ratiocinatur.

Quarta est ejus quod õi et soli Speciei convenit et semper: sic õi et soli hõi semperque convenit ratiocinari; quæ potentiâ in Ideâ hõis continetur non primariò quidem sed secundario. * posse

Accidens gñatim definitur id quod adest vel abest sine rei interitu; sic rotunditas est accidens ceræ quia potest ei adesse aut * abesse sine destructione ceræ. * ab eâ

Multis modis dividitur accidens.

1.° In accidens ꝙ separabile, et inseparabile.

Accidens separabile est illud sine quo Subjectum naturaliter esse potest; ut albedo sine quâ paries esse potest.

Accidens inseparabile est illud sine quo Subjectum naturaliter esse potest: ut nigredo respectu hõis

hõis athyopis. attamen accidentia inseparabilia possunt a subjectis suis per mentem separari imò de iis negari quia sine iis accidentibus imò negando ea, concipi potest quid quid subjecto essentiale est.

2º Accidens dividitur in extrinsecum et intrinsecum.

Accidens intrinsecum est illud quod rem seu subjectum afficit, ut recordãe, amor, respectu mentis, rotunditas respectu corporis, itaque accidens intrinsecum vel est absolutum vel relativum.

Accidens absolutum est illud quod pertinet ad subjectũ aliquod in se et sejunctum ab õi alio spectatum ut modus respectu corporis.

Accidens relativum est illud quod pertinet ad subjectum cum alio comparatum, ut æqualitas, similitudo.

Accidens extrinsecum est illud quod extrà rem existitum illam denominat tantùm, ideo denominãe externa in scholis appellatur: sic paries dicitur visus a visione quæ non est in pariete sed in hõe.

Postremo idea rãe modi quo objectum suum repræsentat, dividitur in claram et obscuram, distinctam et confusam.

Idea clara est ea quæ per se lucet vel saltem lucet per aliam cum quâ evidenter conjuncta cernitur; talis est idea materiæ; talis est etiam Idea divisibilitatis cum Ideâ materiæ nẽariò conjuncta.

Idea obscura ea est dicitur quæ rem obscurè repræsentat, verùm loquendo exactè nulla est Idea obscura idèò cognitiões mentis nostræ quæ obscuræ sunt, quales sunt cognitiões colorum, odorum est. õinò Ideæ non sunt, quemadmodum in Metaphysicâ explicabitur quarè improbabilis est Ideæ divisõ in claram et obscuram.

Idea distincta est ea quæ rem repræsentat distinctè, seu disjunctim ab õi aliâ Ideâ. Quæ

porrò Idea clara est, est itidem distincta.

Caput Tertium
De Signis Idearum seu de Nominibus.

Signum gnatim definitur id quod præter speciem sensibus objectam aliud facit in mentem venire, quapropter & signum duas includit Ideas alteram rei quæ significat, alteram rei significatæ quam prior excitat.

Plurima sunt signorum genera sed duas tantùm hoc loco signorum classes distinguo et explico; unum est signi physici sive naturalis, altera est signi positivi sive arbitrarii.

Signum naturale est illud quod ex naturæ institutione quidpiam significat ut fumus respectu ignis.

Signum positivum sive arbitrarium est illud quod significat aliquid ex solâ hôrum voluntate, ut vexillum militare.

Cogitationum nostrarum signa alia sunt naturalia, ut gemitus qui naturale signum est doloris, vel risus qui signum est lætitiæ; alia sunt arbitraria ut loquî; loqui porrò hôc contingit gestu nutu et voce; sed vocem præsertim quæ syllabis tanquam totidem articulis distincta, usitatius est cogitationum signum.

Vox porrò gnatim est sonus ex animalis ore procedens; Specialim verò usurpata pro vocabulo vel dictione, definiri potest sonus articulatus ab hôminibus institutus ad exprimendas animi cogitationes.

1.° Dicitur Sonus est enim quidam aëris pulsus ad aures delatus.

2.° articulatus, id est, per Syllabas quasi per articulos distinctus; maximè enim differt a confusis animalium vocibus. V.G. Mugitu Baum.

3.° Institutus ab hoïbus penès quos jus est et potestas his vel illis vocibus utendi, et quam velint illis significationem attribuendi.

4.° ad exprimendas animi cogitationes hæc enim est vocum humanarum proprietas et differentia à vocibus Psittacorum temerè voces effundentium..

Duo sunt propriè loquendo genera dictionum humanarum nomina et verba, nomina quibus notiones et Ideæ; verba quibus judicia significantur. Cum enim notio et Judicium completantur cogitationes nostras incedine ad verum patefiunt nominibus et verbis nostræ cogitationes exprimuntur.

Quæ præterea à Grammaticis distinguì solent dictiones, seù ut aïunt partes Orationis, ut Pronomen, Participium, Adverbium, Præpositio, Conjunctio, et Interjectio, hæ omnes ad nomen et verbum sunt referendæ quarum nominis et verbi sola habere debet ratio a Logicis.

Nunc sola spectamus nomina quoniam notibus tantùm Ideæ nostræ exprimuntur.

Nomen seù ut Scholastici loqui solent terminus definitur ab Aristotele vox significans ex instituto cum tempore.

1.° Vox est humana scilicet, hoc est, sonus articulatus.

2.° significans, quia præter sonum aliud fingit in mente venire.

3.° ex Instituto hominum, scilicet qui hæc vel illa verba pro suo arbitrio usurpant ad rem quampiam significandam.

4.° sine tempore quia notiones tantùm et Ideas significat quæ nullum tempus designatum denotant.

Nomina etsi numero multa sint, et in infinitum multiplicabilia, revocantur tamen ad classes quinque.

Prima nominis divisio, in nomen Substantivum et adjectivum.

Nomen Substantivum proprie est illud quod rem sine

substantium significat ut Deus, exprimere tamen etiam dicitur modos a rebus abstractos, hoc est, seorsùm ab iis spectatos, quale est nomen sabiendæ prudentiæ.

Nomen adjectivum est illud quod rei inhærentem exprimit remixtæ simul, ut album rotundum; album quippe proindè est ac subjectum habens albedinem.

2° Nomen duplex est abstractum et concretum.

Abstractum nomen est illud quod solam qualitatem sicè modum modum solum significat. ut albedo.

Concretum nomen est illud quod rem significat cum aliquo modo V. G. Rotundum quod designatur subjectum ligneum V. G. cum rotunditate adjunctâ.

3° Nomen vel commune est vel particulare vel singulare.

Commune nomen est illud quod multa significat; ut homo quivis omnia naturæ humanæ individua

Particulare nomen est illud quod aliquid unum significat, sed non designatum, hinc verò nomen fit particulare cum nomini communi præponitur pronomen indefinitum ut aliquis homo.

Singulare nomen est illud quod aliquid unum et definitum significat, ut Aristoteles.

Commune nomen rursùm vel æquivocum est, vel univocum, vel analogum.

Æquivocum nomen est illud quod diversam habet significadem ut vox ista pes; respectu hois, montis et tabulæ.

hoc autem duplex est æquivocum aliud a casu. aliud æquivocum a consilio.

Æquivocum a casu est illud quod citrà rationem ullam diversis planè rebus impositum est, ut nomen canis, respectu syderis, piscis, et animalis domestici.

Æquivocum a consilio est illud quod aliquâ de causâ multis imponitur; hujus modi sunt nomina metaphorica sicè translata, ut nomen ira, quod dicitur de hoc fremente, et de mari tumido.

Vnivocum nomen est illud quod idem in multis significat, ut hõ. idem significat in Petro in Paulo &c.

Analogum nomen est illud quod diuersa quidem significat in multis, eandem tamen relatõem ad aliquid habentia, ut pes in exemplo allato.

4.o Nomen est vel absolutum vel relativum.

Nomen absolutum est illud quod rem aliquam absolutam, id est, sine ordine ad aliud conceptam significat, ut hõ lapis &c.

Relativum nomen est illud quod rem aliquam significat cum ordine ad aliud conceptam, ut pater, servus &c.

5.o Dividitur nomen in categoricum et transcendentale.

Categoricum nomen est illud quod significat aliquid in unâ ex decem categoriis seu rerum classibus ab Aristotele distinctis comprehensam; V.G. nominalis, Virtus Angelus.

Transcendentale nomen est illud quod significat aliquid transcendens 10 categorias, hoc est, locum habens in pluribus simul categoriis ut essentia, existentia &c.

6.o Diuisio nominis aliquando fit in Categorematicum et Syncategorematicum.

Categorematicum nomen est illud solum et sine ullo addito potest de alio dici ut hõ de Petro.

Syncategorematicum nomen est illud quod sine aliquo addito non potest de alio dici, quales sunt vocs, õis, aliquis, nullus.

Postremo alia dicuntur nomina primæ intentionis alia secundæ.

Nomen primæ intentionis est illud quod vel ad res ipsas significandas, vel ad primarias nostras cogitatões exprimendas est institutum; hujusmodi sunt nomina Deus, angelus, terra, vel ista recordatio, amor &c.

Nomen secundæ intentionis est illud quod vel ipsa rerum nomina, vel cogitãdes nostras Secundarias, et reflexas significat ut nomina subjecti, attributi.

Ad cujus divisionis nominis uberiorem intelligentiam animadvertendum est intentionem nihil aliud esse hoc loco quam cogitãdem mentis alicui rei cognoscendæ intentam, sicè ipsam esse rei vãdem quæ prima dicitur vel secunda.

Intentio prima est primæ rei nõ quâ videtur ut in se est; V. G. Nõ Dei boni, quæ animum statim subit cum quis in hæc verba erumpit, Deus est bonus.

Intentio secunda est secundaria et reflexa cognitio, quâ in priorem cogitãdem redit animus, nominesque vocibus quibus expressa est attribuit, V. G. In exemplo allato spectare possum nomen Deus, ut nomen substantivum, vel ut subjectum propõis; nomen verò bonus est adjectivum aut ut attributum propõis.

Finis
Primæ Partis
Compendij
Logicæ

Pars Secunda

Logicæ

De Judicio

Judicium Spectari potest vel prout in mente vel prout vocibus expressum est quo postremo modo considerat̃ propõ sive enuntiãõ appellatur.
Vnico capite judicium considerabimus prout in mente hæret tribus verò capitibus seorsùm dicemus de natur̃â, proprietatibus, et Speciebus propõis.

Caput Primum,

De Judicio prout hæret in mente Spectato.

Judicium est cognitio mentis affirmantis aut negantis sive est secunda cogitatõis Species quâ notiones idęsque nostras vel conjungimus affirmando vel negando separamus.
Species est cogitatõis in eoque cum Notione conuenit

Secunda posterior quippè est nõe nostrâ circâ quam versatur.

Quâ Ideæ conjunguntur affirmando, vel negando separantur.

Duplex enim Judicandi modus est, alter qui dicitur affirmãs, alter negãs. Judicium hoc Deus est perfectus est affirmãs, istud verò Deus non est crudelis, est negãs.

Varii sunt judicii respectus essentiales ex quibus petuntur multæ ejus divisiones: conferri ipsum potest vel cum mente Judicante, cujus est affectio; vel cum rebus de quibus judicium fertur vel cum nõibus quibus judicatur, vel demùm cum variis modis seu formis Judiciorum.

ac 1.o rãe mentis Judicantis judicium vel est certum vel est incertum.

Certum Judicium est illud de cujus veritate menti Judicanti constat.

Incertum Judicium est illud de cujus veritate menti Judicanti non constat.

Triplex verò certitudinis in Judicando gradus distinguitur pro diversâ aut rerum de quibus judicatur aut argumentorum quibus in judicando utimur, conditione; alia enim vocatur Certitudo Metaphysica, alia Moralis, alia Physica.

Certitudo metaphysica est adhæsio mentis ei veritati quæ ne aliter quidem cogitari potest: talis est Certitudo hujus Judicii Deus existit.

Certitudo moralis est adhæsio mentis ei veritati quæ quamvis aliter se habere possit adeò tamen frequens est, ut de eâ dubitare ex communi hõum more ac judicandi consuetudine non liceat; sic se habet certitudo eorum quæ in testimonio hõum sunt.

Certitudo Physica est adhæsio mentis ei veritati quæ aliter contingere non potest servato eo qui à Deo institutus est rerum ordine, licet aliter excogitari possit absolutè, sicle habet certitudo quâ spectamus ortum solis crastinum.

2.° rãõe rerum de quibus judicatur verum est vel falsum

Verum Judicium est illud quod cum materiâ seu re judicatâ convenit; id verò contingit cum conjunguntur Ideæ consentaneæ, aut separantur dissentaneæ, V.g. Vera sunt ista Judicia Deus est æternus, Deus non est ab alio.

Falsum Judicium est illud quod cum re judicatâ non convenit; id vero contingit quando aut separantur Ideæ consentientes aut abhorrentes conjunguntur, ut in istis exemplis, Deus non est hominè providus, Deus est injustus.

3.° rãõne nõdum quarum ope Judicatur, aliud est evidens aliud obscurum.

Evidens Judicium est illud quod fit secundum notiones claras et distinctas, hoc est, secundum Ideas rerum; tale est illud judicium, õe totum est majus sua parte.

Obscurum Judicium est illud quod fit secundum nõnes obscuras et confusas sic se habent anticipata quæ vitiõsa judicia.

4.° demùm rãõe modi quo Judicium fertur, aliud est affirmans aliud negans, Duplex enim est Judicii forma seu modus, affirmãõ et negãõ.

Caput Secundum
De naturâ Propositionis

Vt nõnes et Ideæ nominibus, ita verbis Judicia exprimuntur, verba autem seu sola seu cum nõnibus copulata propõnes efficiunt.

Propõ est õrãõ Judicii interpres.

1° Dicitur Orâc, hoc est, aptè vocum compôsitus sensa mentis exprimens.

2° Judicii interpres; est enim Significatio actûs judicandi, imò et materiæ circà quam hic versatur: si auditâ hac propôse, mens est substantia incorporea des intelligunt et intelligere nec et distinctionem realem mentis à corpore, judicandome decernere.

ad essentiam propôsitis duo pertinent materia ejus et forma

Materia propôsitis sunt ejus termini nempè subjectum et attributum.

Subjectum propôsitis est illud de quo affirmatur aut negatur aliquid.

attributum seù alio nomine prædicatum, est terminus ille qui de alio affirmatur aut negatur.

forma propôsitis est verbum quo scilicet terminii inter se disponuntur, et significatur actus Judicii; quam ob causam appellatur copula quasi vinculum terminorum propôsitis.

Verbum definitur ab Aristotele vox significans cum tempore V.G. Verbum is hic, cognosco, idem est atque ego nunc, seù præsenti tempore sum cognoscens.

Dividitur verbum in substantivum et adjectivum

Verbum substantivum, sum, es, est, in quantum solum Judicium, seù solum actum comparandi, attributum cum subjecto significat; quemadmodum in istâ propôse, ei rectus est robur.

Adjectivum verbum est illud quod præter judicandi actum significat personam, numerum, tempus, actionem, vel aliquid aliud quod nomine exprimi possit. talia sunt ôia verba præter verbum, sum, est, V.G. Scribo idem est quod ego nunc sum scribens,

ideoque significat Judicium meum, meam personam, meum tempus præsens, atque insuper aliquam operandi quâ caracteres in chartâ delineo: imò ipsum quodque verbum sum, es, est, in quantum exprimit actualem existentiam, dici potest adjectivum; nam cum dico, sum, idem perinde est ac si dicerem ego sum existens. Exemplo unò declarare libet et designare locorum subjectum, attributum et copulam. Sic in istâ propõe Deus est Spiritus conjunctim sunt termini seu materiæ propõis, Verbum denique substantivum est, copula est, seu forma propõis

Minimè necesse est ut in ôi propõe subjectū attributum, et copula distinctis vocibus exprimantur, sed sæpè sæpius verbo contento intelliguntur aut subjectum, aut attributum aut utrumque simul. Hinc fit ut propõ facta fuerit, vel de primo vel de secundo vel de tertio adjacente.

Propõ de tertio adjacente est ea inter cujus subjectum et attributum exprimitur verbum substantivum, sum, es, est, qualis est ista propõe, ego sum cogitans.

Propõ de secundo adjacente est ea in cujus verbo vel subjectum vel attributum continetur; subjectum quidem ut sum cogitans; attributum verò ut mens cogitat.

Propõ de primo adjacente definitur ea in cujus verbo subjectum et attributum inclusa latent. V. G. Cogito, in quo verbo inclusa intelliguntur subjectum, et attributum.

Caput Tertium
De Proprietatibus Pōois

Omnes propōois proprietates revocantur ad ejus quantitatem et qualitatem.

Quantitas propōois est ejus extensio capax et subjecta extensioni repetitur, duplex est præsertim universalitas et particularitas, sed his adjungi solet singularitas, et indefinita extensio.

Universalis propō est ea cujus subjectum universaliter sumitur, hoc est, secundùm totam suam extensionem, hoc est cum præfigitur una ex his particulis, ōis vel nullus; ut ōis circulus est figura, nulla creatura est perfecta.

Particularis propō est ea cujus subjectum particulariter sumitur, hoc est, limitatum his particulis, aliquis, quidam, ut aliquis hō est justus.

Singularis propō est ea cujus subjectum est singulare, hoc est, ad unum tantùm et definitum individuum, ut Petrus est justus.

Indefinita propō est ea cujus subjectum universale est, sed nullâ universalitatis, particularitatis notâ affectum. V.G. hō est disciplinæ capax

Qualitas propōois est id quod respondetur ad quæstionem factam quælis sit propō, est quæ affirmā vel negā, vera aut falsa.

Affirmans propō est ea quæ unum de alio, seu subjectum cum attributo conjungit, ut verus est Deus.

negans

Negans propō est ea quæ unum ab alio removet, ut mens non est corporea.

Vera propō est ea quæ dicit esse quod est et negat esse quod non est, quales sunt istæ. Deus est summè perfectus, Deus non est mendax.

Falsa propō est ea quæ dicit esse quod non est vel negat esse quod est, quales sunt istæ, mens est corporea, mens non est substantia.

Caput Quartum
De Divisionibus Ppōis.

Divisiones propōis fiunt habitā rāone vel quantitatis vel qualitatis, vel materiæ vel formæ vel etiam cogitātis quæ propōne enuntiatur.

Rāone quantitatis dividitur in universalem particularem, singularem, et indefinitam

Rāone qualitatis in affirmantem et negantem, veram et falsam. Quin etiam rāone quantitatis cum affirmātis et negātis conjunctæ in quatuor celebratissimas species dividitur, in universalem affirmantem, universalem negantem, particularem affirmantem et particularem negantem.

Universalis affirmans brevitatis ac causâ exprimitur litterâ A, ut ōis circulus est rotundus.

Universalis* exprimitur litterâ E, ut nulla creatura est perfecta.

Particularis affirmans denotatur litterâ I,

* nec gans etc

ut hoc quidam est justus.

Particularis negans exprimitur litterâ O, ut aliquis homo non est justus.

Isti quatuor caracteres duobus versibus exprimuntur.

Asserit A, negat E, verum generaliter ambæ,
Asserit I, negat O, sed particulariter ambæ.

Rade materiæ dividitur propo in simplicem et compositam.

Simplex propo est ea quæ unico subjecto et unico attributo constat. V. G. Deus est æternus.

Inter simplices propoes numeranda sunt complexæ quarum alteruter vel uterque terminus est complexus, hoc est, plures Deos complectitur V. G. Complexa est ista propo rade subjecti, homo qui divinæ legi obtemperat est sapiens; nam terminus homo, includit in se aliam Deam seu propoem quæ vocatur inædens, eo quod incidat in aliam propoem quæ vocatur primaria aut principalis, cui conjungitur ope Relativi, Qui, Quæ, Quod.

Composita propo est ea quæ ex multiplici subjecto vel ex multiplici attributo componitur, vel simul multiplex habet subjectum, et attributum, eaque duplicis est generis, explicita, et implicita.

Explicita propo est ea cujus ~~subjectum~~ propo est manifestata, et clarè expressa, eaque ejus distingui possunt species, copulativa, disjunctiva conditionalis, causalis, relativa, et discreta.

Copulativa propo est ea quæ plura habet subjecta vel attributa per copulam affirmantem et, vel per negantem nec, ~~neque~~ ea mens, ut Angeli et humana mens sunt spiritus, res aliter

hæ

hoc modo: Angeli sunt spiritus, humana quoque mens est spiritus.

Disjunctiva propõ est ea quæ plura habet subjecta vel attributa, per particulas disjunctivas, vel, aut, conjuncta. V.G. Sol movetur vel terra. Quæ propõ resolvitur hoc modo: motus non convenit simul Soli et terræ convenit autem alteruter.

Conditionalis propõ est ea quæ duas habet partes per particulam conditionalem, si, conjunctas, qualis est ista, si mens humana est incorporea est etiam immortalis. resolvitur hæc propõ hoc modo, mens humana est immortalis ea posito quod sit incorporea, si verò non sit incorporea non erit immortalis.

Causalis propõ est ea quæ duas habet partes per particulam causalem, quia, connexam, quæ vobis divitibus quia merecedem vestram accepistis. quæ propõ resolvitur hoc modo. Væ vis qui mercedem acceperunt, Divites autem mercedem suam acceperunt.

Relativa propõ est ea quæ includit relationem alia quam, V.G. ubi est Thesaurus tuus, ibi est cor tuum, resolvitur hæc propõ hoc modo: thesaurus et cor tuum sunt ibidem.

Discretiva propõ seu adversativa est ea quæ plura subjecta exprimit per particulas, sed, tamen, aut similes distincta. Veritas fatigari potest, non tamen vinci potest, in qua propõe duo sunt attributa, ut patet.

Implicita propõ quæ species est altera propõis compositæ, est ea cujus compõ paulò obscurior est: quinque species numerantur, exclusiva, exceptiva, comparativa, inceptiva, et desitiva.

exclusiva

Exclusiva propõ est ea quæ attributum convenire ait alicui subjecto exclusis cæteris aliis per particulas exclusivas, solùm dumtaxat, v.g. Qui gloriatur in Dño tantùm glorietur, et in nullo præter ipsum glorietur.

Exceptiva propõ est ea in quâ attributum affirmatur aut negatur de subjecto secundùm totam ejus extensionem exceptis quibusdam istius subjecti inferioribus, per particulas, nisi, præter, &c. Oēs nisi pœnitentiam egerint peribunt, quæ propõ resolvitur hoc modo: oēs hoēs peribunt: qui tamen pœnitentiam egerint non peribunt.

Comparativa propõ est ea quæ comparationem facit unius cum alio. v.g. Virtus est auro pretiosior, quæ propõ resolvitur hoc modo: virtus habet suum pretium, idque majus quam aurum.

Inceptiva propõ est ea quæ exprimitur verbo inceptivo, hoc est, initium alicujus rei significante, v.g. advesperascit, quæ propõ resolvitur hoc modo; jam non est et antèà dies aderat.

Desitiva propõ est ea quæ exprimitur verbo desitivo, hoc est, finem alicujus rei significante, ut cum de Impio exaltato ait Propheta Rex, transivi et ecce non erat, quæ propõ resolvitur hoc modo: Impius paulò antè fuit, et jam non est.

Ratõe formæ, id est, ratõe connexionis attributi cum subjecto, dividitur propõ in quatuor species, necessariam, contingentem, possibilem, et impossibilem.

Neãria propõ est ea cujus termini nẽcariò sunt conjuncti, hoc est, cujus attributum in naturâ atque Ideâ subjecti continetur, ut circulus est rotundus.

Contingens propõ est ea cujus terminini contingenter cohærent et possunt et non esse conjuncti, ut aliquis hoō est Pius.

Possibilis propõ est ea cujus termini possunt consistere, ut Petrus erit doctus.

Impossibilis propõ est ea cujus terminj nunquam conjungi possunt, ut Spiritus est corporeus.

Istæ quatuor propõnes vel absolutæ vocantur rebundæ.

Tunc propõ vocatur absoluta cum non exprimit modum quo attributum convenit subjecto; ut cum dicitur circulus est rotundus non enim dicitur an necariò an contingenter sit rotundus.

Tunc propõ vocatur modalis cum modum exprimit, quo attributum convenit subjecto ut cum dicitur circulus est necariò rotundus.

In ðj propõne modali duo distinguj debent, dictum et modus.

Dictum est ipsa propõ quæ integra remanet sublato etiam modo

Modus est vox significans modum conjunctionis attributi cum subjecto: Sic in istâ propõne, circulus est necariò rotundus, modus est particula necariò, dictum verò est hæc propõ circulus est rotundus.

Quatuor sunt solemnes modi quibus forma hujus verbum propositis affixi potest. Necesse, contingens, possibile et Impossibile.

Quinto et ultimo loco propõ spectata ratione cogitationis quæ ipsa significatur, duplex distinguj potest, Definitio et divisio.

Definitio est oratio quæ quod in re vel in nomine obscurum est, exponit, unde alia est definitio nominis alia rei.

Definitio nominis est ea quâ explicatur vocis origo vel usus, origo quidem sive vox fuerit ex aliis nominibus deprompta; usus verò si fuerit ambigua: V. G. cum Sphinx idem esse dicitur ac

studium sapientiæ, definitio nominis affertur.

Definitio rei est oratio explicans naturam rei seu quid res sit, duplex est altera accurata seu essentialis quæ definitionis nomen servat et merito sola, altera minus accurata quæ vocatur descriptio.

Definitio accurata seu essentialis est ea quæ naturam rei explicat per principia ejus essentialia, hoc est, per genus et differentiam; talis est hæc definitio circulus est figura plana et rotunda.

Definitio imperfecta seu potius descriptio est ea quæ rem explicat per plurima adjuncta, V.G. Assignando plurima rei accidentia quæ conjuncta sumpta rem notificant; talis est hæc definitio, Aurum est metallum omnium durissimum et pretiosissimum.

Divisio est oratio quæ distribuit continens in ea quæ continet sive est potius in partes sua distributio. Sunt autem diversæ species totius et proinde divisionis.

Totum enim vel est actuale vel singulare vel potentiale vel universale.

Totum actuale vel singulare est illud quod partes habet in se, quæ dicuntur actuales, et earum vel partes istæ sunt essentiales toti, ut mens et corpus respectu hominis.

Cumque totum appellatur essentiale, vel istæ partes sunt integrantes sive quibus totus aliquis

entitas seu substantia integra esse non potest ut artus respectu corporis humani tunique totum appellatur integrale.

Totum potentiale est illud quod partes habet aut sub se aut infra se, quæ vocantur subjecta aut inferiora, V.G. Genus est totum potentiale respectu specierum et species pariter respectu individuorum.

Quapropter alia est divisio totius actualis quæ partitio nominanda est, non divisio ex Ciceronea, alia totius potentialis divisio quæ vetinet nomen genericum divisionis: de hac præcettimaqua Logici et quatuor ejus species enumerant.

Prima est generis in species suas V.G. Animalis in species suas.

Secunda est generis in differentias suas V.G. In rationale et irrationale.

Tertia est subjecti in accidentia sua V.G. Corporis in lucidum, pellucidum, et opacum.

Quarta est accidentis in sua subjecta. V.G. Boni, in animi, corporis et fortunæ bona.

Caput Quintum

De Comparatione Propositionum Inter Se.

Comparationes propoum fiunt vel opponendo propoem unam alteri vel convertendo

vel reducendo unam ad aliam quæ tres mutuæ propoũm comparatõs vocantur oppõ. æquipollentia et conuersio.

Oppõ propoũm est pugna duarum propoũm eodem subjecto et attributo eo dem constantium vel per se penès quantitatem vel secundum qualitatem vel secundum utramque simul.

Quadruplex distinguitur, subalterna, contraria subcontraria, et contradictoria.

Oppõ subalternæ est pugna propoũm secundã quantitatem solam, ut inter A, et I, E, et O.

Oppõ contrariæ est pugna propoũm universalium secundum solam qualitatem ut inter A, et E.

Oppõ subcontrariæ est pugna duarum propoũm particularum ut inter I, et O.

Oppõ contradictoriæ est pugna propoũm secundum qualitatem et quantitatem simul ut inter A, et O, E et I.

Contradictoriæ quoque propõ dicitur de propõibus singularibus quarum una affirmat quod altera negat. V. G. Petrus est justus, Petrus non est justus.

Æquipollentia propoũm est modus adducendarum propoũm oppositarum ad eundem sensum quod quidem fit apte particulæ non, ut intelligetur ex legibus in Logicâ ponendis.

Conuersio propõis est mutatõ subjecti in attributum et attributi in subjectum, remanente semper propõis veritate; sed mutatio nonnunquam

ejus extensione seu quantitate.

Duplex quippe est conuersio simplex et peraudens
Conuersio simplex est ea in quâ remanet eadem
propõis qualitas; eademque quantitas ut audit
cum propõ est universalis negans et particularis
affirmans.

Conuersio peraudens est ea in quâ mutatur
propõis quantitas eaque locum habet in pro-
põe universali et etiam universali negante.

Certum quandoque nominatur per contrapõem
ut aiunt, in quo termini ex finitis infinitî fiunt,
seu potiùs indefinitis per particulæ negantis
conjunctionem: hæc conuersio locum habere
potest in propõe particulari negante vel etiã
in universali affirmante.

Finis
Secundæ Partis
Compendii
Logicæ

Pars Tertia

Logica

De Ratiocinatione seu Discursu.

Ratiocinatio specianda est secundùm et prout in mente et prout verbis exprimitur quo posthac modo considerata vocabitur Argumentatio. Unico capite dicam de ratiocinatione prout in mente tota abscondita est. Sequentibus verò duobus capitibus attingam eam prout argumentatio est; ita ut de argumentatione quatenus in ejusque speciebus dicatur. Secundo capite dicatur, separatim verò tertio capite de syllogismo qui frequentior et nobilior que species argumentationis

Caput Primum
De Ratiocinatione Prout in mente hæret.

Ratiocinatio est tertia cogitãdi species quâ unum judicium ex aliis pluribus infertur

1.° dicitur species cogitãdi quia est affectionis.

2.° tertia quia et Nõ et Judicium illam antecedunt.

3.° Quâ Judicium aliquod infertur est enim species quædam Judicii cum aliquid affirmat aut negat.

4.° Ex aliis pluribus, ex uno quippè Judicio aliud inferre nequimus, sed duo saltem præmittantur oportet judicia. nullumenim de re quãcunque ferre Judicium ratiocinando possumus quin Ideæ Judicii ibidem cõenti quarum altera subjectum, altera attributum vocatur aut sortium aut simul cum qualitãte tertiâ Ideâ collatæ fuerint, quæ comparatio duo ad minimum exigit Judicia, ex quo sequitur in ratiocinatione duo occurrere principia suæ alio nomine antecedens et Conclusionem.

Principia ratiocinatio quæ aliter vocantur antecedens sunt id ex quo aliquid infertur et duo

saltem includunt Judicia.

Conclusio est id in quo quod dubium erat definitur, sed duo in Conclusione distinguenda sunt cõens et consequentia.

Consequens est illud Judicium quod ex antecedentibus judiciis educitur.

Consequentia est connexio cõenhis cum antecedente, definiri etiam potest rão propter quam infertur cõens ex antecedente eaque exprimi solet his particulis, Ergo, Itaque, quamobrem et similibus.

Esto in exemplum ômium quæ in rãcinatõe occurrunt, en racinão. Bonum perfectum est amandum. Deus est ipsum bonum Igitur Deus est amandus.

Prima ambo Judicia sunt antecedens: Ultimũ est cõens: connexio demum cõenhis hujus judicii cum ambobus consequentibus consequentia est.

Quandoque accidit bonam esse cõantamen hi cõens sit falsum V. G. præmisso falso ito antecedente materia est cogitans, rectè infertur falsum cõens: ergo materia potest esse beata quia quidquid cogitat potest esse beatum.

Vicissim potest esse verum cõens et malum cõentia. Circulus est rotundus, ergo discrepat a Sphærâ verum est cõens sed malus est cõantia enim eâ de causâ, circulus discrepat a Sphærâ differt quod sit rotundus sed quod sit planus.

Caput Secundum.

De Argumentãois Naturâ ejusque Speciebus generatim

Argumentatio ita videtur appellata ab argumento quo propõ seu quæstio quæ dubia erat comprobatur, Definiri solet Oratiõ quâ unum Judicium ex allis illatum distinctis propõibus exprimitur.

In argumentãoe proinde tria secerni debent, Antecedens, consequens et consequentia, hæquippe quoniam interpres est ratiocinatiõis eandem ac ratiõnem rerum complexionem habet: septem adyò species argumentãois numerantur. Inductio Exemplum, Sorites seu gradãõ. Dilamma Syllogismus, Enthymema, et Epicherema.

Inductio ex argumentãõ quâ ex diuum siuè generum siuè Specierum sive individuorum enumeratiõe aliquid iis commune concluditur. V. G. Animalia õia respirant: plantæ itidem õeõ suo modo respirant, ergo õia corpora respirant, seu aërem ad se ducunt. vivent tica.

Exemplum ex argumentãõ quâ ex aliquo singulari, aliud singulare simile colligitur. V. G. Deus

peperait mulieri pœnitenti, ergo et mihi parcet.

Soritis Scà gradaõ est argumentaõ ex pluribus propoõibus ità constans ut attributum prioris sit subjectum cõentis, donec ultimæ propoõis attributum cum subjecto primæ componatur. Sic per gradaõem demonstrari potest hõem esse substantiam; hõo est animal. Animal est viuens, viuens est corpus, corpus est substantia. Ergo hõo est substantia.

Dilemma est argumentaõ composita in commodum undequaque afferens in quâ post diuisionem totius in suas partes id conducitur de toto quod de quâvis parte conclusum fuerat. talis est hæc aduersus impios ratiocinaõ; vel impii moriendo toti pereunt secundùm animam et corpus vel eorum animæ manent immortales. atqui si impii toti pereunt nulla spes felicitatis eos manet. si immortales sunt eorum animæ õis miseria eos post vitam torquebit. Ergo õis felicitas impiis adimitur.

Syllogismus definitur ab Aristotele Oraõ in quâ quibusdam positis aliud quiddam diuersum ab his quæ posita sunt, nẽcariò sequitur ex eo quod hæc sint, id est Oratio quædam in qua duabus propoõibus positis quarum altera major altera minor vocatur: quædam propoõ dicitur conclusio nẽcariò sequitur ex eo quod verè sint duæ priores. V. g. Dẽ quod cogitat existit. atqui ego cogito. Ergo existo.

Enthymema est syllogismus truncatus cujus aliqua propoõ reticetur et in mente retinetur, prout græcum Enthymematis nomen significat,

Unde Enthymema in ore est, ut aiunt, et Syllogismus in mente. V.g. Ego cogito. Ergo existo.

Epicherema est Syllogismus cujus alterutri vel utrique præmissarum sua probatio adjungitur, ut De quod cogitat existit nam actu cogitare est existere. atqui ego cogito, nam judico amo, cognosco; Ergo existo.

Caput Tertium,
De Syllogismo Speciatim.

Sequitur considerare hic necesse est naturam, et species Syllogismi quæ duobus articulis exequor.

Articulus primus.
De Naturâ Syllogismi.

Syllogismum jam definivi ad mentem Aristotelis sed ut explicatior sit ejus natura, duo in Syllogismo distinguenda sunt, materia ejus et forma

Materia Syllogismi est id ex quo componitur Syllogismus et duplex est remota seu termini et proximæ sive propositiones.

Termini Syllogismi sunt tres, major, minor, et medius, sive majus extremum minus extremum et medium.

Majus extremum est attributum conclusionis quod ideò vocatur minus extremum quia universalius est ut plurimùm minore extremo aut saltem angustius eo nunquam est.

Minus extremum est subjectum conclusionis quod minus vocatur quia plerumque attributo conclusionis angustius est, numquam verò latius eo est.

Medius est terminus qui limitat ad probandam connexionem vel separationem majoris et minoris extremi; in majore et in minore propositione locum habet, sed in conclusione nunquam reperitur.

Propositiones Syllogismi sunt numero tres, major minor quæ conjunctim vocantur præmissæ et conclusio.

Major propositio quæ communiùs propositio simpliciter dicitur, est ea quæ constat ex majore extremo et medio.

Minor propositio quæ assumptio etiam appellatur est ea quæ continet minus extremum cum medio.

Conclusio est propositio constans ex majore et minore extremo, utraque Syllogismi materia in uno exemplo demonstrari potest, esto Syllogismus.

Omnis virtus est laudanda
Justitia est virtus.
Ergo Justitia est laudanda.

Justitia est minus extremum quia subjectum est conclusionis: laudanda est majus extremum quia attributum est conclusionis. Virtus est medium

siue argumentum quod sigillatim cum utroque extremo conjungitur.

Tres ejusdem syllogismi propõnes referunt ordine suo, Majorem, minorem, et Conclusem.

Non sine consilio prætermittо diuisem conclusionis in directam et indirectam, quam malam ille et nullam in ipso Logicæ opere sum ostensurus.

Forma syllogismi est dispõ materiæ syllogismi itidemque duplex est, quemadmodum quemadmodum duplex syllogismi materia alia igitur est dispõ materiæ remotæ seu terminorum syllogismi, et dicitur figura. alia materiæ proximæ et modus vocatur.

figura syllogismi est terminorum dispõ siue medii cum extremo coordinãe et quadruplex est. Vel enim medium subjicitur in majore propõne et prædicatur in minore siue quod idem est, est subjectum majoris propõnis et attributum minoris hæcque est prima figura. Vel medium prædicatur in utrâque præmissa et secunda. vel in utrâque subjicitur et est tertia figura, vel denium prædicatur in majore, et in minore subjicitur, et est quarta figura.

Quatuor syllogismorum figuræ unico versu continentur

Sub præ: tum præ præ: tum sub sub: denique pre sub.

Modus syllogismi est dispõ præmissarum propõnum secundum quantitatem et qualitatem. Novemdecim memerantur syllogismorum modi.

in quatuor figuris legitimè concludentes qui totidem vocabulis artificiosis expressi quatuor hisce versibus continentur.

Bărbără, Celarent, Darii, Ferio. Bămalipton,
Cămentes, Dimatis, Fesapmo, Fresisomorum
Cesărĕ, Camestres, Festino, Bărocŏ. Dărapti,
Felapton, Disămis, Datisi, Bocardŏ, Ferison.

Quatuor primi modi ad primam figuram pertinent, quinque sequentes ad quartam; quatuor deinceps ad secundam, ter postremi ad tertiam; in hujusmodi vocabulis artificiosis duo animadvertenda sunt: 1.o notari debent tres syllabæ quibus tres syllogismi propŏsĭtĭ ordine suo significantur significantes si plures sint in aliquibus vocibus quam tres syllabæ, eæ additæ sunt metri causa: 2.o vocales singularum syllabarum quæ inserviunt exprimendæ quantitati et qualitati singularum syllăbărum eo quo antè diximus modo. Sed ut familiarior fiat earum vocum usus, unicuique cujusque modi syllogismorum exempla subjicio, ordine servato figurarum.

Exempla Modorum primæ figuræ.

Bar.... Oĕ honestum est amabile;
ba..... Oĭs virtus est honesta.
ra..... Ergo oĭs virtus est amabilis.

Ce.... Nullus servus est beatus
la.... Oīs qui est mundo est, est servus.
rent.. Ergo nullus hō qui est mundo est, est beatus.

Da.... Oīs indigens est miser
ri.... Quidam Diuites indigent,
i..... Ergo quidam diuites sunt miseri

fe.... Nil turpe est faciendum
ri.... aliquod lucrum est turpe
o..... Ergo aliquid lucrum non est faciendum.

Exempla Modorum secundæ figuræ

Ce.... Nemo beatus est inquietus
ta.... Oīs auarus est inquietus
re.... Ergo nemo auarus est beatus.

Cam.. Quicunque sunt Christi carnem suam
es.... crucifigunt.
tres.. Quicunque sunt mundi carnem suam non cru-
cifigunt.
Ergo quicunque sunt mundi non sunt
Christi.

fes.... Nulla virtus repugnat amori veritatis.
ti.... Quidam amor pacis repugnat amori veritatis.
no.... Ergo quidam amor pacis non est virtus.

Ba... Ois virtus ex prudens
ro.... aliquis Zelus non est prudens
co.... Ergo aliquis Zelus non est virtus.

Exempla Modorum Tertiæ figuræ.

Da... Dē mysterium est obscurum
rap.... Dē mysterium est certum
ti.... Ergo aliquid certum est obscurum.

fe... Nullus infidelis erit salvus
lap... Ois infidelis est hoō.
ton... Ergo aliquis hoō non erit salvus.

Dis... Quædam ira est bona
am... Omnis ira est affectio animi
is.... Ergo quædam affectio animi est bona

Da... Ois sapiens est beatus
ti.... aliquis sapiens est pauper
si.... Ergo aliquis pauper est beatus.

Bo... Aliquod corpus non est animatum
car... Dē corpus m est substantia.
do... Ergo quædam substantia non est animata.

Fe... Nullum mendacium est licitum
ri.... Aliquod mendacium est officiosum
son. Ergo aliquid officiosum non est licitum

Exempla Modorum Quartæ figuræ.

Bam... Oĩs virtus est a Deo.
a..... Oĕ quod est a Deo est bonum
lip..... Ergo aliquod bonum est virtus.

Cam..... Oĕ peccatum est odibile.
en..... Nullum Deo odibile est opus Dei.
tes..... Ergo nullum opus Dei est peccatũ.

Dim... Quidam ignarus est verax
a..... Oĩs verax est audiendus.
tis..... Ergo quidam audiendus est ignarus

Fes..... Nullum corpus est cogitans
ap..... Oĕ cogitans est beatitudinis capax.
no... Ergo quoddam beatitudinis capax (Corpus) non est

Fre... Nullus miser est de suâ sorte contentus
ji... Quidam pauperes de suâ sorte contenti sunt.
Ergo quidam pauperes non sunt miseri.

In locum modorum quartæ figuræ subjicere solent Pphi Scholarum modos alios quos vocant indirectos primæ figuræ eosque artificiosis hisce vocabulis exprimunt.

. . . . . Bărălĭptŏn

Celantes, Dabitis, Fesapmo, Fresisŏmorum

In quibus cumque Syllogismorum figuris concludunt modi singulares, hoc est qui constant in quibuscunque propoōibus singularibus. Cum enim vis ac potestas eadem sit propoōum singularium quæ universalium ex pluribus singularibus propoōibus bonæ inferuntur conclusiones sunt in exemplum istius syllogismi.

In primâ figurâ

Filius Dei est redemptor ōium
Jesus-Christus est filius Dei.
Ergo Jesus-Christus est redemptor omnium

In secundâ figurâ

Redemptor humani generis fuit a Prophetis renuntiatus.
Jesus-Christus fuit a prophetis renuntiatus
Ergo Jesus Christus est redemptor humani generis.

In Tertiâ figurâ.

Maria est mater Dei
Maria est virgo
Ergo Virgo est mater Dei.

In Quartâ figurâ.

Apostolus gentium est S.tus Paulus.
Sanctus Paulus erat Civis Romanus
Ergo aliquis Civis Romanus factus est gentium Apostolus.

Reliquum est ut hi animadvertant modos tertiæ quartæque figuræ reduci aliquando ad modos primæ figuræ qui vocari solent perfecti, cum modi cæterarum figurarum imperfecti nõentur. Fit ista reductio (ita enim loquuntur) secundum leges in ipso opere Logicæ recensendas. Nunc sufficit reductionem Syllogismorum transformãem definire Syllmi minus perfecti in alterum perfectorem.

Duplicis præterea distinguuntur Species, alia directa quæ recta quam vocant ostensivam; alia indirecta quæ dicitur reductio ad incommodum hicè impossibile: sed utrisq; definiõem et regulas in alium locum differo.

Articulus Secundus.
De Speciebus Syllogismi.

In Syllmo dividendo habetur rão imprimis vel præcõum-

ex quibus constat, vel modi quo conjungitur medium cum majore et minore extrema, vel argumenti quo Syllogismus nititur.

Hæc propositum suarum dividitur Syllogismus 1° in universalem particularem et singularem 2° in affirmantem et negantem quæ utraque Syllogismi divisio per se jam clara est.

Hæc modi quo conjungitur medium cum majore et minore extremo, dividitur Syllogismus in simplicem et compositum, qui melius dicerentur conjunctus. Syllogismus est ille in quo medium terminum comparatur cum majore et minore extremo. qualis est iste

Ens perfectum existit
atqui Deus est ens perfectum
Ergo Deus existit.

Ad Syllogismum simplicem accedit complexus Syllogismus, cujus nempe complexa est conclusio: in hujusmodi autem Syllogismi pars tantùm alia quæ subjecti aut attributi conclusionis conjungitur cum medio in unâ ex præmissis altera vero pars cum eodem medio in aliâ præmissâ consociatur. Ex.

Pecunia est res inanimata
atqui plerique hominum litant pecunia
Ergo plerique hominum litant rei inanimatæ.

Syllogismus compositus seu medius conjunctus est ille cujus major ibi ex composita ut integram conclusionem complectatur hic verò triplex est propter genus triplex propositionis* ex quibus constat quæ vel est copulativa vel disjunctiva vel conditionalis.

Syllogismus copulativus est ille cujus major propo-

* compositæ esse

est copulativa negans in hujus modi Syllogismis una pars in minore assumitur ut in conclusõe tollatur, V.G.

Non potest hõo Deo simùl servire et Mammonæ
atqui avarus servit mammonæ.
Ergo avarus non servit Deo.

Sylmus disjunctivus est ille cujus major propõo est disjunctiva seu partes habet quæ cohærent per particulas vel, aut, V.G.

Qui Jesum Christum adorant vel sunt stolidi et profani, vel sapientes et religiosi.
atqui non sunt stolidi et profani.
Ergo sunt sapientes et religiosi.

Sylmus conditionalis est ille cujus major propõo conditionalis est et duas habet partes per particulam si conjunctas, quarum una vocatur antecedens, altera cõens, V.G.

Si Deus summum sit hõis bonum colendus est.
atqui Deus est summum hõis bonum.
Ergo Deus colendus est.

Postremò dividitur Sylmus ratiocinativus seu medii quo fulcitur, in demonstrativum, topicum seu probabilem, et sophisticum.

Sylmus demonstrativus est ille qui constat ex præmissis necariò veris, hoc est per se evidentibus vel probatis per alias propõnes evidentes ex quibus necariò vera infertur conclusõ.

Demonstratio mathesis est ratiocinatio vel ratiocinandi series constans ex præmissis necariò veris, hoc est evidentibus vel per se vel per aliud, unde necariò vera infertur conclusõ.

Duplex est præsertim species demonstrationis altera a priori altera a posteriori.

Demonstratio a priori est ea quâ effectum per causam, proprietas per essentiam, coëns per antecedens clarè ostenditur.

Demonstratio a posteriori est ea quâ effectus per causam per effectum, essentia per proprietates aut functiones, antecedens demùm per coëns probatur.

Certia d adjungitur demonstratio per absurdùm sivè per impossibile, quæ repetitur ab aliquo impossibili, aut absurdo, quod sequeretur si res aliter foret quam esse statuitur.

Sylogismus topicus seu probabilis est ille qui constat ex probabilibus propositionibus; undè opinionem tantùm parit. Topicus vocatur, id est, localis ex quod desumatur à locis dialecticis.

Loci porrò distinguuntur in Grammaticos, Logicos et Metaphysicos, quæ dimanat oritur ex triplici comfonte scilicèt ex grammaticâ, Logicâ, et Metaphysicâ. In ipso tantùm Logicæ opere enumerabem faciam locorum multorum qui ex singulis hisce fontibus desumuntur.

Sylogismus Sophisticus est ille qui constat ex præmissis falsis sed apparenter veris; hic errorem parit tantùm. Sic Sophisticus Sylogismus demonstrationem proximè imitatur, Paralogismus nõari consuevit.

Dis fallacia Sophistica vel in dictionibus posita est vel in cogitationibus, prior vocatur grammatica posterior Logica: ambæ vocari

solent ad aliquot capita, quæ in docendâ Logicâ ipsâ Indicabuntur.

Finis

Tertiæ Partis Compendii Logicæ

Pars Quarta Logicæ De Methodo

Methodus

Sive Dispõ cogitatõnum nostrarum vel inter solas cogitatões est, prout intus in animo nostro recunduntur, vel in sermonibus quoque nostris ponitur.

Methodus in mente spectata definiri potest actus mentis cogitatões ões suas ità disponentis, ut aptissima sit veritas ignorata, aut cognita demonstretur.

Methodus prout in sermonibus quoque nostris ponitur definiri potest apta nominum, propõum et argutãum dispõ ad docendum vel discendum instituta.

Qualicunque autem modo spectetur methodus seu in mente seu in sermonibus nostris duplex distinguitur altera inuentionis, quæ alio nomine vocatur analysis; altera doctrinæ quæ methodus synthetica aut simpliciter synthesis vocatur.

Methodus inuentionis seu analysis est dispõ cogitandum quâ veritas ignota detegi iustaq; siue et rãõ solvendarum quæstionum.

Quæstiones autem sunt vel nominum vel rerum.

Quæstiones nominum sunt eæ non quidem per quas vocabula quærimus sed per quas vocum subsidio res quasdam intelligere volumus V.G. ænigmatis solutõem assequi vel mentem alicujus auctoris observare, vel auctoris detegere scripti alicujus vel locum in libro corruptum restituere et emendare

Quæstiones rerum sunt eæ quæ fiunt de rebus prout sunt; illæque ginatim referuntur ad quæstiones facti, et juris.

Quæstio facti est ea quâ de re aliquâ quæritur, an existat.

Quæstio juris est ea in quâ controversia est de naturâ proprietatibus, aliisq; pluribus adjunctis rerum. hæc quæstio an sit corpus physicum, quæstio facti est; ita vero an corpus sit diuisibile quæstio est juris.

Methodus doctrinæ seu synthesis, est eaque veritas quæ inuenta est exponitur magnus modo et ordine. V.G. postquam per analysin detectum est nos dum proficisci à materiâ, illud idem per synthesin demonstrat.

Finis
Compendii Logicæ

Studium Philosophiæ ad vsum Scholæ, Accommodatum

Præfatio.

Res non in eodem gradu et modo cognitionis apud nos sunt, sed quinque bene distinguuntur humanæ cognitionis differentiæ.

Aliquæ nimirùm res per se et per evidentiam comitem absque ullo discursu sui copiam menti intelligenti faciunt, ut sunt ens et modus entis generatim, et aliquæ eorum seu affectiones seu species generales. Res verò cæteræ non ipsæ per se sed argumento quopiam cognoscuntur.

Si res menti ad cognoscendum objecta lucet per se ipsam, assensus huic datus vocatur Intelligentia quâ comprehenduntur sententiæ universales, istæ V.g. Omne totum est majus suâ parte, quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se

At si rerum veritas non lucet per se ipsam, tum argumentum adhibet, quo doceri et persuaderi

res possint, hoc ergo argumentum auctoritatis vel ratio. Assensus propter auctoritatem dicentis datus veritas et fides vocatur, quæ divina est, seu fides simpliciter nuncupata, quando dicenti et revelanti Deo attribuitur, humana verò quando hoibus legitimè aliquid testificantibus; Jam verò ratio vel ex probabilis at conjuncta cum aliquâ dubitatione; atque exindè opinio vel necaria est et firmiter certa, hinc que emanat scientia, quæ si conjungatur intelligentiæ aquâ velut parente et magistrâ separari non potest, ipsa ex Philosophiæ quam profitemur

1715.

Disputatio Proœmialis.

De Philosophiâ

In genere.

CUM in quolibet tractando argumento, tùm et potiore jure in docendâ Phiâ multùm interest quenadmodum dicetur.

Perspicatior autem videtur et ordinatior dicendi modus, quo quinque hæc de re propositâ ad examinandum sevsùm requirrentur, quid sit ubi de nosse et naturâ præsertim, quæ quæstio datâ et explicatâ rei definitæ solvitur; an sit sivè de existentiâ; cur sit, ubi de causis; qualis sit, ubi de proprietatibus; demùm quotuplex sit, ubi de speciebus agitur.

Huic Methodo morem gerentes, et in disputatione præsertim de Phiâ in genere, et deinceps prout rerum tractandarum vel copia vel intelligentia postulare videbitur.

Istis de Phiâ in genere quæstionibus quinque quarum in scholis Phorum mentio frequens est, unam adjunctam de signo veritatis seù de Regulâ Judiciorum nostrorum.

Quæstio Prima

De Nomine et Notione Philosophiæ

Placet quoniam hîc inquisitio nostra de Sphiâ futura est, antè definire quid ea sit.

Definitio autem alia est, quæ nominis origo et vim, alia naturæ rei declaratur.

Ac primo Sphia vox idem est ac studium sapientiæ, græcarum est formata ex duobus nominibus φιλία quod est amor et Σοφια quod est sapientia.

Quæ autem disciplina nunc vocatur Sphia præclarum olim sapientiæ nomen habere incepit apud veteres; et qui primis adportatæ in Græciâ Sphiæ temporibus studia sua in docendâ eâ ponebant, vocabantur sapientes. hoc nomen remansit ad ætatem usque Pythagoræ ex insulâ Samo circà annum mundi 3515. oriundi; ipse quippè cùm frequenter animadvertisset quam multis in rebus aut benè agendis, aut præclarè cognoscendis horum dierum ratio deficiat, ambitiosiorem putari esse sapientiæ appellationem quam ut eâ vocari se pateretur, ac fortè cum per Peloponesum transiens legatus fuisset a Leonte Phliasiorum

Principe quâ maximè arte proficeret, aut quâ potissimum in re sapiens esset, respondit artem quidem se scire nullam, sed esse Pthum non sapientem. Miratus est Leon novitatem nominis quod ut potè modestum et hoi ad scientiam & contendenti aptum assumpserunt Postori, Soliqueo Deo Sapientis nomen attribuerunt.

Alias de industriâ omitto disciplinæ hujus nostræ nuncupatas plurimas quæ cum Oratorum stylo ejus excellentiam dotesque alias commendent magis quâ naturam evolvant a Pho curari non debent Secundum hoc loquendi genus describitur Pthia ab antiquis magistra morum, Da Indagatrix virtutis, laudatarum artium parens, vita animi, et nors corporis, contemplatio mortis, similitudo Dei &c.

Etsi vero Pthiæ nomen amorem duntaxat exprimat sapientiæ, re tamen ipsa Sapientia est; atque id circò definiri non destitit, sicuti olim sapientia a Græcis definita est, scientia scilicet rerum divinarum et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur. hujus definitio singulas voces explicatas videre est in compendio terminorum Pthiæ.

Altera usitatior nunc est Pthiæ definitio quam dederunt Peripatetici quidam ad mentis Aristotelis, hoc scilicet cognitio vera, certa et evidens rei naturalis et necessariæ per causas: hæc quoque definitio secundum voces ejus sua sit tidem obtinebat fuit.

Utraque ista Pthiæ definitio bona ut et genuinam

ejus naturam refert; id tamen in posteriore reprehendunt Pphi quidam, quod aliquæ sint in eâ superfluæ dictiones, hæ scilicet vera et certa, quæ vim ẽm habeat vocabulum evidens; Evidentia quippè argumentum est veritatis et certitudinis, veritatis, cujus signum est, et certitudinis cujus causa est. non quidem inficiabor, quod hi animadvertant de Evidentiæ indole; sed piaculum mihi videtur tam levi de causâ rem pueræ definitionem quæ communi usu quasi consecrata est.

Quid quid sit ambæ istæ definitiones differunt quod prior Pphiæ convenit collectivè dumtaxat sumptæ, Logica V. G. non est scientia rerum divinarum et humanarum, sed humanarum tantùm: posteriori verò accommodetur Pphia. seu conglobatim seu distributivè acceptæ: Nullæ siquidem Pphiæ pars est quæ non sit cognitio vera certa et evidens rei cujusdam naturalis et nearum per causas.

Quæstio Secunda

De Existentiâ Pphiæ

Vtrùm existat apud nos Pphia in quæstionem vocaverunt Pyrrhonii, Scæptici, et Dogmatici. Pyrrhonii negabant inventam aliquando ab hominibus veritatem fuisse, imò de eâ unquam inveniendâ

desperabant, undè Academici vocati sunt.
Scepticis scil. inquisitores quamquam arbitrabantur inventam ab hoïbus veritatem non fuisse non despondebant animo, eamque summoperè inquirebant.
Dogmatici his et illis perindè oppositi veritatem ipsam non cognoscere tantùm se posse, sed et in multis cognoscere se indubitanter asseverabant.
Difficultatem super eâ re attulit quod longè plura ab hoïbus vel maximè ingeniosis ignorarentur, quam sciantur. In istâ verò ingenti naturæ obscuritate, lux quæ supra res aliquas affulget, vel ò nè ab Academicis non observatur, vel ab iis non computabatur, quia ad res paucas hæc spectat; quod fiebat magnâ cum injuriâ et veritatis et humanæ mentis.
Dico igitur quod res est sine ullâ humanæ cognitionis exaggeratione et imminutione: Multa sunt hoïbus obscura, multa ignota; sed nonnulla nihilominùs sciri a nobis verissimum est. Quapropter prima hæc erit Sophiæ propositio.

Conclusio

Extat apud nos Sophia.

Probr. Sophia est cognitio vera certa et evidens rei nearia per veras propriasque causas.
Atqui apud nos extat multiplex cognitio vera certa, et evidens rei nearia per proprias causas ut patet inductione plurium hujusmodi cognitionum P. C. Norum. Logici Judicia nostra non plura patere debere, quam notæ nostræ, quia Judicium

est conjunctio vel Separatio Idearum. Ostendunt Metaphysici Deum existere quia ens est Summè perfectum, mundusque existit. Docent Morales Sphi hoem esse virtutis et vitii compotem, præmii ac supplicii dignum, quia liber est sui juris. Physici judicant corpus continuum essentialiter esse divisibile, quia partes habet. Matematici demonstrant ea quæ ad disciplinam suam pertinent, Propotiones V. G. numerorum et figurarum.

Ergo extat apud nos Sphia.

Et certè adeò verum est existere Sphiam, cum ut dixi volunt Academici demedio tollere, ipsi stabiliant: nam vel ore tenus negant quid quam sciri posse vel animo et intimâ persuasione

Atqui si ore tenus et contrà propriam conscientiam mentiuntur impudenter, nulla proindè eis adhibenda fides est. Si ex animo hoc faltem eis constat id negare, atque adeò cogitare se, se aliter se habere seu existere; fieri enim non potest negantem non cogitare, cum negatio sit speciesdo cogitationis; cogitantem verò non vivere seu existere.

Ergo vel ipsa Academicorum pertinacia efficax est Sphia apud nos existentiæ argumentum.

Hinc Sanctus Augustinus adversus Academicos præclarè ratiocinatur hoc modo. lib. 15.° de Trinit num. 21.° alias cap. 12.° Intima scientia est, qua nos vivere scimus. ubi ne illud quidem Academicus dicere potest, fortassè dormis et nescis et in somnis vides. . . . quia et dormire et imò mo

videre viventis est.

Monitum.

Brevitatis causâ adverto Sphiæ existentiæ demonstratam apud nos veritatem ad probandam ejus possibilitatem: nam ut communi fertur axioma, ab actu ad posse valet consecuo, si revera Sphia seu scientia hoibus data est, eam possibilem esse, seu posse esse in hoibus recte concluditur.

Responsiones ad Objecta.

Objicies 1° Ut apud nos existat Sphia debet dari facultas veritatis certo cognoscendæ capax.
Atqui nulla nobis inest facultas veritatis certo cognoscendæ capax
Ergo non extat apud nos Sphia.
Respondeo negando minorem propoem.
Probabis minorem propoem. si qua sit facultas veritatis certò cognoscendæ capax, ea vel sensus est vel intellectus.
Atqui neuter veritatis cognoscendæ capax est
Ergo nulla nobis inest facultas veritatis certo cognoscendæ capax.
Resp. neg. min. prop. fateor equidem sensus seu organa sensuum nostrorum veritatem cognoscere non posse, sed nego intellectum seu mentem hois veritatis cognoscendæ capacem non esse. Nam quæ facultas videre rerum potest animad vertenda ad Ideas rerum

immutabiles illa veritatis certo cognoscendæ capax est. atqui intellectus seû mens hoïs videre non potest animadvertendo ad Ideam corporis rerum. V. G. Cognoscere potest ens et modum entis animadvertendo ad utriusque Ideam, cognoscere potest corpus modosque ejus animadvertendo ad Ideam corporis, figuræ, aliorumque corporis modorum, quos clare novit Ergo Intellectus noster veritatis cognoscendæ capax est.

Prob. min. prop. Facultas quæ sic à naturâ comparata est, ut in rebus etiam evidentissimis decipiatur, veritatis cognoscendæ capax non est.

Atqui Intellectus noster sic a naturâ comparatus est ut in rebus etiam evidentissimis fallatur decipiatur

Ergo Intellectus noster non est veritatis cognoscendæ capax.

Resp. neg. min. prop. irrita enim est et vana illa suspicio, cujus movendæ nullum est fundamentum: atqui fundamentum nullum est movendæ hujus suspicionis præsertim cum evidentia valeat ad seipsam persuadendam Ergo nemo suspicari potest Intellectum nostrum sic a naturâ comparatum esse, ut in rebus evidentibus decipiatur.

Prob. min. prop. Id suspicari possumus cujus suspicandi legitima sunt fundamenta tum finitudo et inconstantia humanæ mentis, tum libertas supremæ causæ rerum om-

Atqui finitudo et inconstantia humanæ mentis, item-
que libertas supremæ causæ rerum ōium legiti-
ma sunt fundamenta suspicandi intellectum nos-
trum sic forte a natura comparatum esse, ut in
rebus vel evidentibus decipiatur.
Ergo suspicari possumus quod Intellectus nos-
ter in rebus etiam evidentissimis decipiatur.
Resp. neg. min. prop. secundum utramque partem.
Primo etti finitudo et inconstantia humanæ mentis
si sint fundamentum credendi errare nos quoties
de iis judicamus, quæ rationis lumen liperant,
aut attentissimâ mentis consideratione explorata
non fuerunt; Idem tamen esse non probant, ubi
evidentia affulget. Nam finitudo et inconstan-
tia humanæ mentis non sunt fundamentum sus-
picandi decipi nos in rebus evidentissimis, si inti-
mus Evidentiæ sensus ēm tollat erroris for-
midinem. Atqui Intimus Evidentiæ sensus ēm
aufert erroris formidinem, ut questione ēnti
probabitur. Ergo finitudo et Inconstantia hu-
manæ mentis non sunt fundamentum suspi-
candi decipi nos in rebus evidentibus.
Secundo Summa vis et libertas agendi, quæ
in Deo est, hujus suspicionis non est occāo. Nam
libertas et potentia Dei adjunctam habet
bonitatem et sapientiam infinitam. Atqui
vis et libertas agendi, quæ adjunctam habet
bonitatem et sapientiam infinitam suspi-
cari non sinit nos decipi in rebus evidentissimis

Imò verò nos inducit ad credendum Deum et falli et fallere nescium esse. Ergo vis et libertas agendi quæ in Deo est suspicari non sinit decipi nos in rebus evidentissimis.

Objicies 2.° Non datur Scientia nisi detur objectum scibile; hoc est circa quod versari possit scientia.
atqui nullum est objectum Scibile.
Resp. neg. min. prop.
Prob. min. prop. si aliquod objectum scientiæ esset id Deus esset vel creatura
atqui nec Deus nec Creatura sunt objectum scientiæ
Ergo nullum datur objectum scientiæ.
Resp. neg. min. prop. secundum utramque partem.
1.° Deus est objectum scientiæ. Illud enim est objectum scientiæ, quod clarum sui noscendi omnium mentibus imprimit, mundi adspectabilis intuitu semper excitatum. Atqui Deus ipse per se clarum sui noscendi omnium mentibus imprimit, quam indesinenter excitat mundi visibilis intuitus. Ergo Deus est objectum scientiæ
2.° Creaturæ quoque sunt objectum scientiæ. Nam quæ naturæ cognoscuntur per Ideas claras et distinctas, illæ sunt objectum Scientiæ. Atqui rerum creatarum naturæ plurimarum cognoscuntur per Ideas claras et distinctas, seu entis seu modi entis gratia, seu primarum utriusque Specierum et affectionum V. G. Claræ novimus corporis naturam et proprietates. Ergo Creaturæ quoque sunt objectum scientiæ.
Prob. min. prop. secundum 1.am partem. Objectum infinitum non potest cognosci a mente quæ finita est.
atqui Deus est objectum infinitum mens verò est

finita.
Ergo Deus ab humanâ mente certò cognosci non potest.
Resp. dist. maj. Objectum infinitum non potest a finitâ mente cognosci infinitè seu comprehensivè, Concedo maj. prop. Imperfectè sed evidenter tamen nego maj. prop. concessâ minore propõe dist. cõens. Deus non potest ab humanâ mente cognosci infinitè concedo ~~et~~ cõentiam. finitè sed evidenter tamen nego. cõentiam. Cognoscendi rõe duplex est, altera infinita, seu ut loqui solent, comprehensiva; alia finita evidens tamen, seu scientifica. infinita seu comprehensiva cognitio est qua per quam res cognoscitur in quantum cognosci potest, ità ut nihil ejus lateat videnti. Scientifica cognitio est clara distinctaque rei intelligentia. Equidem objectum infinitum non potest cognosci infinite seu comprehensivè a mente quæ finita est; sed objectum infinitum finitè evidenter tamen cognosci a mente quæ finita est. Porrò Deus est infinitus mens vero finita est. Ac proindè Deus cognosci à nobis non potest comprehensivè, sed malè concluditur Deum non posse cognosci finitè et evidenter seu scientificè ab humanâ mente, quemadmodum modo probatum est.
Prob. min. secundum alteram partem. Quidquid certò à cognoscitur debet esse nearium.
Atqui nullum objectum creatum est nearium.
Ergo nihil creatum certò a nobis cognoscitur.
Resp. dist. maj. Quidquid certò à nobis cognoscitur debet esse nearium secundum entiam Concedo maj. prop. Quidquid certò à nobis cognoscitur debet esse nearium

secundùm existentiam, neg. maj. prop. simil. dist. min.
nullum objectum ~~est~~ creatum est nẽarium secundùm
existentiam Concedo. secundùm essentiam, nego.
quare nego coam. Itaque res spectari possunt
duobus modis, vel secundùm essentiam vel secundùm
existentiam. Cùm res spectatur secundùm essentiã
cùm spectatur in quantum constat ex certis attri-
butis et principiis essentialibus, ex quibus non po-
test non constare. Cùm res spectatur secundùm
existentiam, cùm spectatur prout existit. Reve-
rà quidquid certò à nobis cognoscitur debet esse
nẽarium secundùm essentiam; sed non debet esse
nẽarium secundùm existentiam; nam scientia versatur
non circà rerum existentiam sed circà rerum
essentiam. Porrò nulla res creata nearia est se-
cundùm existentiam; nam res ex nihilo creata initi-
um existendi habet, et potest non existere. Sed
verùm non est nullam rem creatam esse nẽariam
secundùm essentiam. Illud enim est nẽarium se-
cundùm essentiam, quod ex principiis essentialibus
sibique propriis ità constat ut non possit ex iis
non constare. Atqui res ex nihilo creata ex principiis
essentialibus sibique propriis ità constant, ut
non possint ex iis non constare. V. g. hõ non potest
non constare ex mente et corpore, alioquin non
esset hõ; triangulus non potest non constare
ex concursu trium linearum; idem de cæteris
naturis creatis est dicendum. Ergo res ex nihilo
creatæ nearia sunt secundùm essentiam suam;
atque adeo male concluditur nihil creatum
certò à nobis cognosci posse.

Subsumes 1.° adversùs majorem proposcem. Atqui
objectum scientiæ debet esse nẽarium secundum

existentiam.
Ergo nulla est Solutio.
Resp. neg. Subsumptum.
Probabis Subs. Major necessitas requiritur
in objecto Scientiæ, quam in objecto artis.
atqui objectum artis est nēarium secundum
essentiam.
Ergo objectum Scientiæ debet esse nēarium
etiam secundum existentiam.
Resp. dist. maj: Major necessitas requiritur ** quam
in objecto artis alicujus. Concedo. quam in ob-
jecto artis cujuslibet, nego. Similiter dist. min.
Objectum artis alicujus est nēarium secundum
essentiam, Concedo. Objectum artis cujuslibet est nēarium
secundum essentiam, nego. quare nego cōam. Du-
plicis igitur sunt generis artes, aliæ quarum
objectum est nēarium secundum essentiam ea-
jusmodi sunt Logica, Geometria &c. aliæ quā-
rum objectum ~~non~~ nēarium non est nequidem
secundum essentiam qualis est Grammatica
cujus regulæ in unâquâque linguâ variæ sunt
esse. in usu consistunt. Major quidem requiritur
necessitas in objecto Scientiæ quam in objecto
artium quarundam V.G. Grammaticæ; sed
major non requiritur necessitas in objecto Sci-
entiæ quam in objecto artium ōium, Geome-
triæ, V.G. Porrò objectum artium quarundam,
ut Geometriæ, Musicæ, est nēarium secundum
essentiam, non item objectum artium ōium,
quemadmodum patet exemplo Grammaticæ.

Atque adeò malè concludit hic objectum debere esse realem et secundùm essentiam et secundum existentiam.

Subs. Atqui major necessitas requiritur ad objectum scientiæ quam ad objectum artium ōium

Ergo nulla Solū.

Prob. subs. si non major requiratur necessitas ad objectum scientiæ quam ad objectum artium ōium, quædam artes non discreparent à scientiâ.

Atqui absurdum cōens.

Ergo et antecedens

Resp. dist. maj. prop. si non majore requiratur necessitas ad objectum scientiæ quam ad objectum artium ōium, quædam artes ~~non discreparent à~~ scientiâ secundùm superiorem sui partem spectatæ non discreparent a scientiâ, Concedo. Quædam artes secundùm inferiorem sui partem considratæ non discreparent a scientiâ, nego. simil. dist. min. absurdum esse cōens, id est absurdum esse artes illas, quarum objecta sunt realia secundùm essentiam, non discrepare a scientiâ secundum aliquam, eamque inferiorem sui partem, Concedo. secundùm partem etiam superiorem, nego. quare nego cōam. Duæ itaque partes secernendæ sunt in iis artibus quarum objecta sunt realia secundùm essentiam, pars superior quæ est cognitio rei per certas immotasque regulas efficiendæ, et pars inferior, quæ est executio rei artefactæ. Requidem verâ si non major esse debeat necessitas in objecto scientiæ, quam in objecto artium quarumdam, quædam artes secundùm

superiorem partem considerata non discreparet a scientiâ sed tamen eæ artes secundum partem inferiorem considerata discreparent a scientiâ. Porro absurdum est artes secundum inferiorem partem spectatas non discrepare a scientiâ, sed nihil absurdi est quasdam artes secundum superiorem partem spectatas non discrepare a scientiâ. Nam absurdum non est artes quasdam a scientiâ non discrepare secundum eam partem quæ ipsa scientia est. atqui pars superior artium quarumdam, Geometriæ V.g. et Arithmeticæ scientia est. Ergo absurdum non est quasdam artes secundum superiorem partem sui spectatas non discrepare a scientiâ. atque adeò male concluditur majorem requiri necessitatem ad objectum scientiæ quam ad objectum artis diæ.

Subs. 2° adverto min. prop. argumenti paulò antè propositi. Atqui nihil creatum est nearium secundum essentiam.

Ergo nullæ solvo.

Prob. subs. Essentia et existentia sunt res una eadem. atqui ex concessis nihil creatum est nearium secundum existentiam.

Ergo ex concedendis nihil creatum est nearium secundum essentiam.

Resp. dist. maj. Essentia physicè considerata, et existentia sunt res una et eadem. Concedo. Essentia metaphysicè considerata et existentia sunt res una et eadem, nego. Concedo min. et dist. cons. nihil creatum est nearium secundum essentiam ~~metaphysicè~~ physicè consideratam, concedo cam. secundum essentiam metaphysicè.

considerata; nego. Duplex exigitur secernendus
est essentiæ respectus, alter Metaphysicus alter
Physicus. Essentia metaphysicè considerata
est complexio attributorum quæ continentur
in Ideâ claræ et distinctâ alicujus rei, Essentia
Physicè considerata est res ipsa existens, seiunc-
quuntur ex actualis entitas rei extrà mentem
cogitantem: V.G. Essentia Petri metaphysicè spec-
tata est Idea hõis; essentia verò Petri metaphy-
sicè spectata est petrus qui existit. Equidem
essentia physicè considerata et existentia
sunt quid unum, res scilicet quæ existit. Sed essentia
metaphysicè considerata, et existentia non
sunt quid unum; nam essentia metaphysicè con-
siderata est collectio attributorum rei essentia-
lium. atqui complexio attributorum rei essen-
tialium non est quid unum cum existentiâ rei;
naturas quippe creatarum rerum concipimus
non cogitando de rerum existentiâ. Ergo essentia
metaphysicè considerata et existentia non
sunt quid unum. Ergo nihil creatum est nõ-
rium secundùm existentiam; atque ideo nihil
creatum est nõrium secundùm existentiam
Physicè consideratam sed malè ex eo colligitur
nullam rem creatam esse nõrium secundùm
essentiam metaphysicè consideratam.

Objicies 2.º si quæ esset scientia maximè
sententiarum universalium. Singularium enim
rerum nondari scientiam communesset adagium.
atqui nullam in nobis est scientia sententiarum
universalium.
Ergo nullæ in nobis inest scientia.

Resp.

Resp. neg. min. Nam V. G. certo cognoscimus de totum esse majus sua parte: Impossibile est ut idem simul sit et non sit. atqui hujusmodi cognitiones sunt sententiarum universalium. Ergo est in nobis scientia sententiarum universalium.

Prob. min. Ut scientia in nobis esset sententiarum universalium, deberet prius fieri enumeratio singularium omnium sub ejus subjecto contentorum.

Atqui impossibilis est ista enumeratio; complectitur enim infinita singularia, preterita scilicet presentia futura et possibilia.

Ergo scientia in nobis non est sententiarum universalium.

Resp. dist maj. ut scientia in nobis esset sententiarum universalium, deberet prius fieri enumeratio omnium singularium sub ejus subjecto contentorum, si propositio versetur in materia ~~creabili~~ contingenti, Concedo. si versetur in materia neuria, nego. Concessa minore distinguo similiter cons. Scientia in nobis non est sententiarum universalium quae in materia contingenti, ~~deberet etiam prius fieri enumeratio~~ versantur, Concedo. Scientia in nobis non est sententiarum universalium quae versantur materia neuria, nego. Igitur universalis propositio versari potest vel in materia neuria vel in materia contingenti. Tunc propositio versatur in materia neuria quando ejus attributum neuriam habet connexionem cum subjecto vel ab eo repugnantiam quales sunt ea propositiones, Dis hoc est substantia constans ex mente et corpore: nullo res creata infinita est; tunc propositio versatur in materia

contingenti quando ejus attributum neâriam non habet connexionem cum subjecto; talis est ista propõ ois hõo est albus. Reverà ut in nobis esset scientia sententiarum universalium in materiâ contingenti deberet prius fieri enumeratõ singularium ôium quia cum attributum ejusmodi propõum ita competat subjecto ut ipsi possit non competere verùm examinanda sunt ôia subjecta antequam attributum de ôibus affirmetur. Sed ut scientia sit sententiarum universalium, in materiâ neâriâ prius non fieri debet enumeratõ singularium ôium, quia in ejusmodi propõibus attributum neâriò convenit subjecto, vel ei repugnat neâriò. Porro impossibile est enumeratõ singularium ôium sub propõe aliquâ gñali contentorum: atque adeò scientia in nobis non est propõum universalium in materiâ contingenti: sed male concluderetur scientiam in nobis non esse sententiarum universalium quæ versantur in materiâ neâriâ subs. Atqui in nobis esse non potest scientia propõum universalium in materiâ contingenti neâriâ absque enumeratõe singularium.

Ergo nulla est scientia.

Prob. subs. Scientia in nobis esse non potest propõum universalium etiam in materiâ neâriâ absque enumeratõe singularium: si absque tali enumeratõe discerni non possit utrum propõ versetur in materiâ neâriâ utrùm in materiâ contingenti.

Atqui sine enumeratõe singularium discerni non potest utrum propõ versetur in

materiâ nẽariâ, utrùm in materiâ contingenti
Ergo scientia in nobis esse non potest propõrum
universalium, etiam in materiâ nẽariâ, abs-
que enumeratõe singularium.

Resp. neg. min. per solam enim rei Ideam scie
evidentiam illud dijudicatur discrimen. Nimirum
tunc aliqua disjõ universalis est in materiâ nẽa-
riâ quando in Ideâ subjecti contentum videtur
attributum. V. g. Ex dicabus his cẽ propõibus,
Corpus est divisibile, corpus est lucidum, primã
video versari in materiâ nẽariâ, alteram, in
materiâ contingenti, quia in Ideâ corporis conti-
netur divisibilitas non luciditas. Ergo sine singu-
larium enumeratõe discerni potest utrùm propõ
versetur in materiâ nẽariâ utrùm in materiâ
contingenti.

Præterea falsum est per enumeratõem singu-
larium alicujus propõis ẽium discerni posse
utrùm propõ sit in materiâ nẽariâ utrùm sit
in materiâ contingenti. Per illud enim dis-
cerni non posset materia nẽaria a materiâ
contingenti. Per quod judicari ad summum posset
utrùm nẽario sit nexus, subjectum inter et
attributum alicujus propõis, nequaquam verò
an nẽaria, an contingens ea sit. Atqui per
enumeratõem singularium ẽium, si fieri ea
posset cognoscemus utrùm connexio sit
vel non sit, non qualis ea foret, nẽaria vel contin-
gens. Ergo falsum est per enumeratõem singu-
larium alicujus propõis ẽium discerni posse
utrùm propõ sit in materiâ nẽariâ utrùm sit
in materiâ contingenti.

Quæstio tertia,
De
Notâ Veritatis,
Seù de
Regulâ Judicandi.

Aliquam esse cognoscendæ veritatis ~~veritatem~~ notam, seu judiciorum nostrorum regulam facilè sibi persuadebit quisquis benè observaverit, ex mentis hujus essentiâ non esse ut in errorem inducatur, aut semper fluctuet jactata ôi vento doctrinæ; imò verò aliqua esse, quæ certissimæ vera nobis sunt. V.g. Nemo non novit cogitare se, atque adeò existere se: nam quæcumque factâ hypothesi sentio me cogitare dùm dubito: judico seu benè seu malè, atque exindè concludo conscius ne nam me existere qui dubito aut alio modo cogito.

Hanc veritatis notam ut tutò assequamur, et discernamus a subdolis ejus signis veritatis

necesse est animum nostrum intra seipsum
redire et attentè expendere quo argumento
ductus sit et quasi coactus ad firmam persua-
sionem earum rerum, quas indubitanter et nemine
dissentiente judicat; quales sunt noctes plurimæ
quales; nam norma et probatio est eadem judicio-
rum primorum nostrorum, et judiciorum exinde
ordine naturali consequentium. Porrò idem et
mihi et hominibus certa sunt effata maxime
universalia, quod ea evidentia sint: quam ob
causam evidentia seu idea clara et distincta
nota veritatis optima reputanda est.

Longe aliter visum est Epicureis qui omnia
quæ sunt, velint esse partem materiæ aliquam
a sensibus seu sensuum organis veritatem derivari
arbitrantur.

His adstipulantur Peripatetici in iis quæ
attinent ad naturam sensuum; quod
ipsos enim primarium est axioma, nihil esse
in intellectu, quod prius non fuerit in sensu.
Nonnulla tantum observari asserunt, ut plena
sensibus fides haberi possit.

Primum est ut organum sensus sit rectè dispositum; cujus conditionis absentiæ, qui oculis la-
borant ita corpora sentiunt sibi inamœna.

Secundum ut objectum sensus sit allegitima
distantia; quâ absente conditione; turris
quadrata omnibus spectata rotunda appareat.

Tertium ut medium per quod transit sensibile
ab objecto usque ad organum nostrum sit uni-
forme, hoc est ejusdem naturæ; quod non

existentes, Baculus rectus mediâ sui parte aquæ immersus apparet fractus.

Quartum ut sensâo fiat circà objectum proprium unicui; sensûi: quo non observato littora quæ quiescunt videntur moveri et navis quæ movetur quiescere, propterea quod quies et motus objecta non sint visionis.

Quatuor istis conditionibus aliæ adjungendæ forent ad dem sensuum nostrorum cautionem, verum quo plures in sensâoe requiruntur cautiones ut ab errore tuta sit mens nostra et immunis, eo plures constat esse modos quibus fallere nos possunt, et reverà nos fallunt sensus nostri; undè contra Epicureos et Scripatheticos asserenda est.

Conclusio Prima.

SENSUS non est nota veritatis seù Judiciorum nostrorum regula.

Probr. Nota veritatis debet esse cognata et gnalis: debet esse cognata cum veritate, hoc est res notificare prout in se sunt: debet esse gnalis, hoc est, ibus adhiberi debet cognoscendis et probandis quæ naturaliter sciuntur.

Atqui sensus non est mensura veritatis cognata et gnalis.

I.o Non est mensura cognata. nam illud non est mensura veritatis cognata, quod res mentis non notificat prout in se sunt, hoc est, secundum

earum naturam earumque proprietates, per veritatem autem hic intelligitur essentia rerum. Atqui sensus rei menti non notificat prout in se sunt, seu secundum earum naturam earumque proprietates. Nam sensus qui excogitãe in mente obortæ propter commodos aliquas nervorum nostrorum a corporibus positis extrà, nos docere tantùm potest, et notificare quænam sint istæ commodæ corporum externorum respectu organorum nostrorum, hoc est quæ sint Relãoes variæ commodorum corporum earum seu inter se seu ad nostrum corpus. Ergo sensus non est mensura veritatis cognitæ.

2°. Non est mensura gñalis. nam illud non est mensura veritatis gñalis, quod adhiberi non potest õibus cognoscendis et probandis quæ naturaliter sciuntur. Atqui sensus adhiberi non potest õibus cognoscendis et probandis quæ naturaliter sciuntur. Nam V. G. sensus minimè adhibetur cognoscendo quid sit Deus, quid mens nostra, quid sit cogitãe, quid beatitudo, quid sapientia aut veritas, uno verbo utilis tantùm est sensus ut modo dictum est cognoscendis relãoibus variis corporum ad organa sensuum nostrorum. V. g. Cognoscendo calorem frigus, colores odores, aliasq; * conuenientias aut diseonuenientias corporum externorum ad nostrum corpus. Ergo sensus non est mensura gñalis.

* relationes

Ergo Sensus non est nota veritatis seu Judiciorum nostrorum regulae.

Responsiones ad objecta

Objicies 1.o vulgare axioma: nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu.

Ergo sensus est nota veritatis.

Resp. neg. ant: Nam intellectui nostro cognoscuntur naturae aliae corporeae aliae incorporeae. Atqui 1.o falsum est naturas incorporeas non esse prius in intellectu quam fuerint in sensu; imò verò in sensu non sunt, quae nullâ speciê corporeâ exhibentur, neque calore neque lumine, neque odore, sapore aliisve qualitatibus sensum afficientibus, Res quippe incorporeae non sunt coloratae, lucidae odoriferae, aliisve qualitatib.s affectae sensibilibus: imò verò res incorporeae tam benè concipiuntur, cum mens subduit se a speciebus vel sensuum vel imaginatio. Ergo primo falsum est res incorporeas non esse prius in intellectu quam fuerint in sensu.

2.o Per naturas incorporeas vel intelligitur materia vel intelliguntur corpora Physica et sensibilia. Atqui materiae cognitio per sensus ad mentem non transivit. nam extensio quae infinita concipitur, ejusque proprietates vel Impenetrabilitas, Divisibilitas in infinitum et figurabilitas infinite varia, minima per sensus cognoscuntur; omnia verò quae corpora sensibilia sunt aut sunt finita, divisionis suae finem habent, non habent autem figuras ad datum Mathematicorum exactas &c.

perfectè plana aut perfectè rotunda aut perfectè plana non sunt. Ergo falsum quoque est naturas incorporeas universim sumptas cognosci per sensus.

Reliquum igitur est ut solae corpora physica et sensibilia, prout sensibilia sunt per sensus, a mente cognoscantur, nam corpora prout lucida vel colorata per oculos cognoscuntur, pariter corpora ut sonora auditu, ut sapida gustu, et odorifera naribus, ut dura et fluida tactu cognoscuntur.

Prob. ant. Intellectus noster nihil cognoscit nisi per sensus.

Ergo nihil est in intellectu quod non fuerit in sensu.

Resp. dist. ant. Intellectus noster nihil cognoscit nisi per sensus, tanquam occasionem aut signum cognitionis, Esto. Nihil cognoscit nisi per sensus tanquam exemplaria cognitionis, nego. quare nego conam. Res igitur vel est occasio cognitionis vel ejus exemplar. Illud est occasio cognitionis vel ejus exemplar. Illud est occasio cognitionis quod excitat attentionem mentis, in rem quamquam, illud est exemplar cognitionis quod rem representat. Fortasse intellectus noster nihil cognoscit nisi per sensus tanquam occasionem cognitionis, nam mens ita impotenter corpori huic immixta est, ut vix attendere possit ad immateriales rerum Ideas, nisi ubi earum signa aliqua sensus nostros commoverint. Ferunt sunt ut loquitur S.tus Augustinus, veluti gradus quos nobis divina providentia fabricare dignata est, ut a formis visibilibus ad invisibiles, à creatis ad divinas attendamus. Sed Intellectus res non cognoscit per sensus tanquam exemplaria cognitionis, neque sensus representat naturam

rerum, quemadmodum supra probatum est. Eximius S.tus aug. representat quomodo intellectus sensibus uti debeat ad cognoscendum. Sensus, inquit quasi nauem oportet, ut cum ipsa nos ad locum quo volumus pervexerint eos ibi dimittamus, etiam velut in solo positi incipiamus altiora et praestantiora contemplari. Itaque sensus excitant intellectum nostrum non erudiunt, atqui adeo male concluditur nihil esse in intellectu quod prius non fuerit in sensu.

Inst. Intellectus noster nihil cognoscit quia commotiones aliquae sensuum praecedant vel saltem subsequantur. Ergo intellectus noster nihil cognoscit nisi per sensus tanquam exemplaria cognitionis.

Resp. neg. cdam. quamuis enim mens nihil cognoscat quin commotiones aliquae sensuum praecedant vel consequantur, attamen exinde non concludendum Intellectum nihil cognoscere nisi per sensus tanquam exemplaria cognitionum nostrarum. Nam commotiones sensuum praecedunt cognitiones nostras, tanquam earum occasiones vel saltem eas consequuntur, quia Deus hanc legem fecit conjunctionis mentis et corporis in uno quoque hoc ut occasiones aliquorum corporis motuum quaedam excitentur in mente cogitationes, ut vicissim occasiones cogitationum fiant aliqui in corpore motus.

Objicies 2°. Nihil cognoscimus nisi corporeum. atqui res corporeae cognoscuntur per sensus Ergo Res dei cognoscuntur per sensus.

Resp. neg. maj. Nam cognoscimus Deum, hoc ens ipsum, Infinitum, Omnipotens, ubique praesens, summè sapiens, verum. Cognoscimus relationes numerorum immutabiles atque hae corporeae

non sunt. ergo verum non est nos nihil cognoscere nisi per sensus. sensus corporeum.

Prob. maj. si cujus piam rei cognitio sensum fugiat, maxime Dei et mentis nostræ.

Atqui harum rerum cognitio sensum non fugit. Ergo nullius rei cognitio in intellectu eorque per sensum non transierit.

Resp. neg. min. id enim sensibus non cognoscitur quod neque coloratum est neque sonorum neque alia qualitate sensibili affectum: atqui ens summe perfectum seu Deus nulla qualitate sensibili afficitur, idem dicendum est de mente nostra. Ergo Dei aut mentis nostræ cognitio a sensibus non habetur.

Prob. min. Quod ex mundi contemplatione novimus id sensum non fugit.

Atqui Deum ex mundi contemplatione novimus ut docet Apostolus Romanus Rom. 2°. Invisibilia ipsius, hoc est Dei, per ea quæ facta sunt intellectu concipiuntur.

Ergo Dei cognitio sensum nostrum non fugit.

Resp. dist. maj. Quod ex rerum contemplatione novimus, tanquam per exemplar, id sensum non fugit, Concedo. Quod ex rerum contemplatione novimus tanquam per occasionem id sensum non fugit, nego. Simili dist. min. et explico textum Apostoli. Deum novimus* tanquam per occasionem Concedo. tanquam per exemplar nego. Unde nego coam. Res igitur in alterius rei cognitionem duunt duobus modis, vel tanquam occasio cognitionis vel tanquam ejus exemplar. ut paulo antè explicatum est. Id quidem sensu cognoscitur quod ex rerum contemplatione novimus tanquam per ejus exemplar; sed nego illud sensu cognosci, quod ex mundi contemplatione novimus

* ex mundi contemplatione

tanquam per occasionem. Porro Deum ex mundi contemplatione novimus tanquam per occasionem quâ excitatur mens ad considerandum Deum: sed Deum ex mundi contemplatione non novimus, tanquam per exemplar cognitionis nostræ. Nam Deum non novimus ex mundi contemplatione tanquam ex exemplari quodam nostræ cognitionis, si mundus cæsque naturæ sensibiles creatæ repræsentare non possint Deum invisibilem et infinitum; quemadmodum ipsa res per se loquitur ut inuicte in metaphysicâ demonstrabitur. Ergo Deum ex mundi contemplatione non novimus tanquam per exemplar cognitionis nostræ atque adeo male concluditur Deum sensu cognosci.

Objicies 3.° Quod ex falsitatis incapax illud est nota veritatis.

Atqui sensus est falsitatis incapax.

Ergo sensus est nota veritatis.

Resp. neg. maj. vel si mauis dist. Quod est falsitatis incapax nec est proxima errandi occasio, præterea verò cognata est et qualis mensura veritatis illud est nota veritatis, Concedo. Quod est falsitatis incapax, id est, occasionem errandi proxima, non est autem cognata et qualis mensura veritatis illud est veritatis nota, nego. Simil dist. min. et nego coam. Itaque ad notam veritatis requiritur non tantùm ut sit falsitatis incapax sed imprimis ut sit mensura veritatis et cognata et qualis. Porrò sensus est quidem falsitatis incapax nam res sensibilis eo modo ad mentem defert, quo ab iis ipse affectus fuerat habitâ ordinis, quem res sensibiles habent tum ad corpus interjectum per quod transferuntur earum commoditum ad temperamentum ac præsentem libidinem organi sensus, in quo recipiuntur rerum

sensibilium impressiones. Sed 1.o sensus est de iis
errandis proxima, quoniam sensio eius nostra
conjuncta est cum judicio seu propensione quae
impellente nos ad judicandum res tales esse
in se, quales sensibus videntur quemadmodum
sensus mensura non est cognata et gnãlis
veritatis ut declarat conclusionis hujus nostrae
probatio. Atque adeò non bene concluditur sen-
sum esse notam veritatis.

Conclusio Secunda.

Evidentia est nota veritatis seu Judicio-
rum nostrorum Regula.

Probr. Nota veritatis debet esse cognata cum
veritate, debet esse nota ipsa per se et gnã-
lissima.

Atqui Evidentia Idearum talis est.

1.o est cognata cum veritate quod enim rei no-
tificat proùt in se sunt est cognatum cum verita-
tate. Atqui evidentia res notificat proùt in se
sunt: nam evidentia res repraesentat, Vg. Deum
repraesentat. Atqui res repraesentare non potest
nisi proùt in se sunt. Ergo evidentia res notificat
proùt in se sunt. Ergo evidentia est cognata cum veritate.

2.o Evidentia est nota ipsa per se. Illud enim
notum est ipsum per se, quod sufficit ad seipsum
persuadendum. Atqui evidentia sufficit ad seipsa
persuadendam, conjuncta enim est cum sensu in-
timo animo praesenti et indeclinabiliter
pellente nos ad assentiendum. Ergo evidentia
nota est ipsa per se.

3.o Evidentia est mensura veritatis gnalissima
Nam illud est mensura veritatis gnalissima
quod pertinet ad eam humanam scientiam

Atqui evidentia ad ōem humanam scientiam pertinet. Unde etenim cognoscuntur et firmiter affirmantur ea ōia quæ a nobis sciuntur, v.g. totum esse majus sua parte, quæ sunt * æqualia uni tertio esse eadem inter se, nisi ex eo quod hæc evidentia sint. eadem est rā rerum ōium quæ sciuntur. Ergo evidentia est mentura veritatis qualissima.
Ergo evidentia est nota veritatis.

* æqualia

Monitum.

Minime necesse arbitror definire quid sit evidentia quæ ita per se nota est, ut per aliquid ipsa clarius explicari non possit. Dici potest lumen mentis, rebusque ad cognitum, quo res menti innotescunt. Dupler id circo dis tinguitur Evidentia Objectiva et formalis.
Evidentia objectiva, est idea seu res ipsa menti exhibita.
Evidentia formalis est impressum animo lumen, cujus ope res cognoscuntur, sive est sensus intimus mentis rem cognoscentis.
Utraque simul evidentia nota est veritatis.

Responsiones ad objecta

Objicies 1° Illud non est nota veritatis quod certi non sumus utrum adsit an non.
Atqui certi non sumus utrum evidentia adsit necne.
Ergo evidentia non est nota veritatis.
Resp. neg. min. Nam de eo nobis constet utrum adsit necne, quod cum ad ens sensum sui intimum mentibus nostris inserit. Atqui evidentia cum ad ens sensum sui intimum mentibus nostris inserit, nam evidentia est cognitio. Hæc autem cognitio est conjuncta cum sensu sui intimo.
Ergo nobis constat utrum evidentia adsit necne.

Prob. min. De eo nobis non constat utrum adsit necne, quod dum abest putatur adesse.
Atqui saepè evidentiæ quando abest putatur adesse.
Ergo nobis non constat utrum evidentia adsit necne.
Resp. dist. maj. De eo nobis non constat utrum adsit necne, quod dum abest putatur adesse cum fundamento, Concedo. Quod dum abest putatur adesse sine fundamento. nego. simil. dist. min. saepè evidentia cum abest putatur adesse sine fundamento Concedo. cum fundamento, nego. quare nego cõam. aliquid potest nobis videri adesse duobus modis, cum fundamento vel sine fundamento. Illud nobis videtur adesse cum fundamento quod adesse nobis videtur sufficienti attentione adhibitâ, depositis opinionibus ibus præjudicatis et ex intimo sui sensu. Illud nobis videtur adesse sine fundamento quod adesse creditur vel ex animi pertinaciâ citrà debitam mentis attentionem, vel ex anticipatâ mentis opinione, non ex intimo cognitois sensu. Equidem de eo nobis non constat, utrum adsit necne quod cum abest putatur adesse cum fundamento nego verò de eo nobis non constare utrum adsit necnè quod dum abest putatur adesse sine fundamento. Saepè aliquando evidentia quando abest putatur adesse cum fundamento quod non videtur adhibitâ sufficienti attentione, præjudicatis opinionibus ibus depositis, uno verbo ex intimo cognitois sensu, Nam mens sensum habere non potest affectionis quæ abest: Res aperta est. Ergo evidentia quando abest non videtur adesse cum fundamento Atque adeò malè concluditur nobis non constare utrum evidentia adsit necnè.
Subs. 1.° adv. min. atqui evidentia absentia putatur adesse cum fundamento.

Ergo nulla solutio.

Prob. subs. Evidentia absens licet putatur adesse cum fundamento si species evidentiæ eodem modo mentem afficiat ac ipsa evidentia.

Atqui species mentita evidentiæ eo modo mentem afficit ac ipsa evidentia.

Ergo evidentia absens licet putatur adesse cum fundamento.

Resp. neg. min. Nam duo sunt evidentiæ caracthres seu effectus, in mente illuminatio et persuasio, tam invicta ut mentem trahat, et veluti invicta cogat ad assentiendum. Atqui species mentita evidentiæ lucem menti non affert neque eam invictè trahit ad assentiendum quia in re sui unusquisque testem consulat et attente audiat conscientiam comparatæ suæ judiciorum quibus ipsa præluctæ evidentia cum judiciis pluribus, quæ propter evidentiæ larvam aliquam ab hoibus vulgò fiuntur. Ergo species mentita evidentiæ eodem modo mentem non afficit ac ipsa evidentia.

Prob. min. Plures vivi sinceræ fidei, et doctrinâ pollentes sibi visi sunt eodem modo affecti esse evidentiæ simulacris ac evidentiâ ipsâ præsente. Ergo evidentiæ species mentita eodem modo mentem afficit ac ipsa evidentia.

Resp. dato non concesso ant. neg. cons. Quamvis enim hoes sinceræ fidei, et doctrinæ plenioris forte sibi visi sint eodem modo affecti esse evidentiæ simulacris ac ipsa evidentia non exinde consequitur evidentiæ simulacra eodem modo mentem afficere ac ipsam evidentiam, quippè hujusmodi ~~decepti~~ hoes id judicarunt et credidernnt non post

conspiratõem cruciẽ factam judiciorum, quæ hinc tuleremus cum judiciis quæ reverâ in essentiâ constituuntur, sed secundùm morem judicandi hõum; quo fit ut a principiis seù judiciis malè perpensis aut positis conclusõem inferant: tùm verò si quæ conclusões cum iis essentialiter conjunctæ videantur, in iis constanter adhærent, evidentesque illas esse sibi persuadent, propterea quod evidentem reipsâ habeant, opinionibus assuetis, conjunctionem.

Subs. 2.° adverùs majorem syllogismi paulò antèa propositi. atqui si cum abest evidentia, videatur adesse sine fundamento, evidentia non est quid notissimum.

Ergo nulla Solutio.

Prob. subs. Illud non est notissimum cujus præsentiâ certi non sumus, nisi propter aliud signum.

Atqui si evidentia cum abest videatur adesse etiam sine fundamento, de præsentiâ evidentiæ certi non sumus nisi propter aliud signum.

Ergo si cum abest evidentia, videatur ea adesse etiam sine fundamento, evidentia non est quid notum per se.

Resp. neg. min. Nam ad certitudinem et veritatem absolutam evidentiæ minimè requiritur ut evidentia dùm abest, in mentem agat, satis vero est ipsa dum præsens est se demonstret ac persuadeat: evidentiæ est præsentia non absentia spurias notas dissipare et corrigere mentis nostræ aberrãtes. Jamverò Evidentia ubi abest conspiciam se nobis facit, Quid enim? Evidentia mentis nostræ lux est quemadmodum lux solis est lumen oculorum. atqui lux solis nullo opus habet signo externo quo manifestetur oculis, et distinguatur à tenebris. Ergo pariter nihil præter evidentiam requiritur, quo certi sumus ipsam adesse ubi adest.

Objicies 2.° Illud clarum non est notum veritati, qd non habet necessariam connexionem cum veritate.

Atqui evidentia nẽariam non habet connexionem cum veritate.

Ergo evidentia non est nota Veritatis.

Resp. neg. min. Illud enim nẽariam habet connexionem cum veritate quod nihil nisi quod verum est manifestat. Nam evidentia est species aut imago rei alicujus seù entis seù modi entis. Atqui hic veri nomine nihil intelligitur, quam aut ens aut modus entis. Ergo evidentia nihil nisi quod verum est manifestat. Ergo evidentia nẽariam habet cum veritate connexionem.

Prob. min. Illud nẽariam non habet cum veritate connexionem, per quod ea quæ falsa sunt non minus vera videtur, quam ea quæ falsa sunt.

Atqui ea quæ falsa sunt non minus sæpiè vera videntur, per evidentiam, quam ea quæ vera sunt.

Ergo evidentia nẽariam non habet cum veritate connexionem.

Resp. neg. min. Illa enim per evidentiam non videntur quorum nulla potest esse Idea, seù quæ repræsentari animo non possunt, hæ quippe nihil sunt; nihili autem nulla potest esse repræsentatio. Ergo ea quæ falsa sunt per evidentiam vera non videntur. Sed de eâ re alibi sermo erit. 1ª parte Logicæ.

Objicies 3º. Si quis suspicari possit se decipi in rebus, quæ apparent evidentes, profecto evidentia non est nota veritatis. ~~Atqui~~

Atqui aliquis potest suspicari se decipi in rebus quæ apparent evidentes.

Ergo evidentia non est nota veritatis.

Resp. neg. min. Neque enim possumus suspicari decipi nos in rebus illis quæ animo repræsentantur. Atqui res quæ nobis sunt evidentes animo

nostro repræsentantur: Nam res esse evidentes idem est ac illas per Ideam animo nostro repræsentari. V.g. Circulum esse evidentem idem ac circulum per Ideam sui propriam animo repræsentare. Ergo suspicari regnemo potest se decipi in rebus evidentibus.

Prob. min. Suspicari quis potest hujus vitæ Statum esse respectu vitæ alterius ut somnium respectu vigiliæ.

Atqui in tali hypothesi suspicari possumus decipi nos in rebus evidentibus.

Ergo potest aliquis suspicari se decipi in rebus evidentibus.

Resp. 1.° neg. maj. Id enim vanum est suspicari ujus nullum est fundamentum. Atqui nullum est fundamentum suspicandi hujus vitæ Statum esse respectu vitæ alterius, ut somnium respectu vigiliæ. Enimverò mens nostra habet aliquarum rerum Ideas ad quas potest aliquandiu attendere. Ergo suspicari nemo potest hujus vitæ Statum esse respectu vitæ alterius ut somnium respectu vigiliæ.

Resp. 2.° neg. maj. Si quæ nobis comparet in somnio evidentia meliorem errorem non debemus nam evidentia seu in somno seu in vigiliâ apparens, est repræsentatio rei alicujus.

Quæstio Quarta

De

Proprietatibus Phiæ

I

Inter Proprietates Phicæ numerantur

ejus perfectio et utilitas: de ambabus paucis dicendum est.

Perfectum aliquid dicitur duobus modis vel essentialiter, seu ratione subjecti, vel integraliter, seu ratione objecti.

Sphia perfecta essentialiter seu ratione subjecti dicitur ea quae habet omnia requisita ad essentiam Sphiae, seu quae est vera certa et evidens; non enim major esse potest Sphiae perfectio habita ratione mentis nostrae quam si vera certa et evidens fuerit.

Sphia perfecta integraliter seu ratione objecti dicitur ea ad cujus integritatem nihil desideratur seu quae cognito est rerum omnium naturalium quibus explicatis sit [illegible]

Conclusio Prima

Sphia est perfecta essentialiter non integraliter.

Probr. 1a par. Cognitio perfecta essentialiter est ea quae clara est et distincta, nam in scientia nulla major est perfectio quam evidentia.

Atqui Sphia est cognitio clara et distincta ut imbibitur in Deis claris et distinctis quemadmodum in docendâ Sphiâ videbimus.

Ergo Sphia est perfecta essentialiter.

Probr. 2a par. Sphia integraliter perfecta, est cognitio clara et distincta rerum prout sunt et secundum omnes modos quibus cognosci possunt.

Atqui Sphia nostra non est hujusmodi: longè etenim plura ignorantur ab hôc quam cognoscuntur, scilicet mens humana est finita, infinita verò est rerum cognoscendarum.

Ergo Sphia nostra non est integraliter perfecta.

Quod spectat ad Sphiae necessitatem, observandum

aliquid in scholis dici solere nearium duobus modis, simpliciter et secundum quid, seu ad actus.

Nearium simpliciter est illud sine quo aliquid haberi non potest, V.G. cibus nearius simpliciter ad viuendum.

Nearium secundum quid est illud sine quo aliquid haberi quidem potest, sed non ita bene non ita commodè, ut Equus ad iter faciendum iste nearius modus utilitatis eadem habere potius videtur quam necessitatis.

Potest autem aliquid dici hoibus nearium, vel singulis seorsim sumptis, ut Cibus, vel toti houm collectioni, ut Magistratus. ~

Conclusio Secunda ~

Sphia non est simpliciter nearia hoibus siue singulis siue oibus nearia, nearia tantum est secundum quid.

Probr. 1a pars. Illud non est simpliciter nearium hoibus siue singulis siue oibus, quod nearium iis non est ad bene beateque viuendum

Atqui Sphia non est hoibus nearia ad bene beateque viuendum, scilicet beata vita duobus praesertim continetur, cognitione boni et prosecutione honesti. atqui utrumque absolute haberi potest sine sphiâ saltem acquisitâ: nam mens naali lumine erudita cognoscit bonum, seu Deum quo uno beamur, et virtutem amare potest sed praesertim sacri codices et lumen atque efficaciam diuinae gratiae cognitionem in nobis procreant veritatis quam scire nostrâ interest castumque et simplicem non superbum, virtutis amorem ingenerant. Ergo Sphia non est simpliciter nearia hoibus siue singulis siue oibus.

Probr. 2a pars. Illud est nearium secundum quid

quod utile est hõibus ad bene beateque viuendum.

Atqui Sphia utilis est hõibus ad bene beateque viuendum, hæc quippe suis optimis documentis et præceptionibus viam faciliorem breuioremque sternit tùm ad veritatem cognoscendam tùm ad prosequendam virtutem, ut constare potest cognito fine singularium Sphiæ partium.

Ergo sphia nẽaria est secundùm quid hõibus siue oibus siue singulis

Quæstio Quinta

De Causis Philosophiæ

IN breui sinopsi terminorum Sphiæ traditas videre est tùm definitiones* causæ in quatuor aut quinque vulgatas species, finalem, putà efficientem, materialem, formalem, et exemplarem, a quo numeri seriem et ordinem repetam hujus quæstionis.

* hm divisiones causæ

Caput Primum

De Causâ finali Sphiæ

CAUSA finalis seu finis, est id propter quod fit aliquid. Duplex distingui solet, finis cui, et finis cujus gratiâ.

Conclusio Prima.

Finis cui Pphiæ est hõo.

Probr. Finis cui, est persona in cujus commodum res cedit.

Atqui Pphia cedit in commodum hominis, quem scientiâ perficit, et ad opus bonum instruit.

Ergo finis cui Pphiæ est hõo.

Conclusio Secunda.

Finis cujus gratiâ pphiæ est cognio veritatis, et operão virtutis, oisque effectio præclara.

Probr. Finis cujus gratiâ Pphiæ, est bonum ad quod res per se tendit.

Atqui Pphia per se tendit ad cognioem veritatis maxim virtutis, oemque effectionem preclaram; Id scilicet doctrinâ suâ ad veritatis adepthum contendit; in Morali vero virtutis modum prescribit; In physicâ demùm et Matematicis dis aplinis principia constituit artium õium liberalium.

Ergo finis cujus gratiâ philosphiæ et cognio veritatis operão virtutis, omnisque effectio præclara.

Dices. Pphia in errorem nos duit, noresque infecit ut admonet Apost. cap. 2. Epist. ad Collocens. videte, inquit, ne quis vos seduat per Pphiam aut inanem fallaciam.

Ergo Pphia non cedit in commodum hõis, neq; refertur ad assendem veritatis aut morum instituem.

Resp. dist. ant. Pphia in errorem induit nos, noresque aliquando infecit et peraccidens. Concedo. semper et per se nego. quare nego cum. Illud indua nos in errorem noresque infecit semper et per se.

quod secundum naturam suam proxime conjunctum sit cum errore aut turpitudine ut antici pata opiniõ vulgi seu ut loquuntur præjudicia. Illud inducit nos in errorem moresque inficit aliquando et per accidens, quod imprudentiâ vel superbiâ, vel pravo aliquo animi et cordis affectu nobis nocet. Equidem licet salubriter monet nos apostolus: S. Phia seducit nos aliquando ad errorem, morumque corruptelam peraccidens, hoc est, vel pravis quæ in Phiam opinionibus, vel curiositate superbiâ aliove malo affectu eorum, qui eam docent aut addiscunt. Sed Phia non seducit nos ad errorem morumq; corruptelam per se, imò verò in errore avertendo, vitioque propulsando tota versatur, quemadmodum patet ex finibus propriis unius cujusque disciplinæ quam Phia comprehendit. Atque adeo male probatur non cedere Phiam in commodum hóis, neq; referri ad astruendam veritatis aut morum institutionem.

Caput Secundum
de
Causâ Efficiente Phiæ

Causa efficiens duplex distinguitur 1.a et 2.a hæc non tantùm producit effectum, quam ob rem est cur fiat, estque aliqua creatura. Illa verò operatur et producit effectum ex quo solus Deus omnis naturæ effector.

1o Causa igitur 1.a Phiæ Deus est qui cum veritas

ipsa sit, solus que potest representare veritatem ejusque cognitionem ponere in nobis. Quod quomodo verum sit in metaphysicâ tantùm explicabitur, ubi de naturâ et modo humani intellectûs.

Causa 2.ª Sphiæ sunt hoēs, seu ii qui ab Adami lapsu scientiam rerum naturalium ac præsertim doctrinam morum suis nepotibus traditionaquâdam communicaverunt seu ii qui neglectam seu extinctam in patriâ hâc Sphiam recuperaverunt vel quod eam didicerint a sapientibus quibusdam viris, vel quod propriâ minervâ eam detexerint. ad quam Sphiæ transmissionem intelligendam plurima hîc observari debent ab historiæ præsertim sacræ monumentis desumpta: quæ quoniam a gentibus ignorata sunt, densissimæ fuerunt et admixtæ fabulis spuriis eorum tenebræ, ubi de origine Sphiæ apud suos discreverunt. 2.

1.º Hîc observandum est Sphiam et quidem absolutam, et completam a Deo inditam fuisse Adamo innocenti eamque scientiam perventuram esse ad ejus natos hoēs, si ille in acceptâ Justitiâ permansisset.

Verum non prius peccavit Adam, quam subducta ei fuerit scientia; omnesque ab ipso posteri tenebris ignorantiæ involuti sunt.

Reliquum tamen fecit Deus et Adamo et oībus hoībus notitiam rerum quorundam, eorum scilicet, quæ nēcaria ipsis erant ad beatitudinem ad quam naturaliter etiam oes hoes impelluntur consequendam. atque ad eas res considerandas animum suum adhuc adjecta tumescente peccati sui dolore, et in iis filios suos instituit divinâ quadam providentiâ gentem ex se progenatam docuerunt, et

morum præsertim legibus imbuerunt.

Interea Cain alter primorum Adami filiorum interfecit fratrem suum Abel, in cujus peccati pœnam longè à patre suo vagus et profugus in terra extitit, et tandem habitavit ad Orientalem plagam Eden quemadmodum narrat Moyses Gen. cap. 4.° v. 16.° pariter et qui ab ipso nati sunt, Henoch aliiq; hoc secreti viderunt à primo parente suo Adam et filio ejus Seth, qui ibidem refertur Idem v. 26.° cœpit invocare nomen Dei.

Quemadmodum posteri Cain (unde initium suum duxerunt Gentiles et Ethnici) à stirpe sua radicis auctoris magistris caruerunt ad conservandam apud se Sphiam et morum præsertim scientiam ac professionem, ea maximè ætate nec alii.

Cum demum restituta ipsis fuit Sphia, eum viri inter ipsos ingenio præstantes, vel aucti admiratione effectuum naturæ, ad quærendas eorum causas conversi sunt se, vel sortè iter faciendo apud populos in scientiis et artibus exercitatos doctrinam aliquam reversi ad suos in patriam suam adportaverunt. Itaque ut de causa Sphiæ secundæ aqua judicia fiant spectanda est Sphia in Adamo, 2.° Considerandæ est ea sortium vel in gente sanctâ et electâ a Deo vel in gentibus, quam horum divisem introduxit peccatum primi parentis.

Conclusio prima

Adamus habuit a Deo Philosophiam. Probo. Ille habuit à Deo Sphiam quem cum dibus scii animi seu corporis dotibus

naturalibus conditum fuisse manifestè testantur sacræ litteræ, probabilissimè verò suadet rão.

Atqui Adamum conditum fuisse a Deo cum ōib⁹ sèu animi sèu corporis dotibus nãlibus manifestè testantur sacræ litteræ et probabilissime suadet rão.

1º enim Ecclesiast. cap. 17º v. 5º et 6º sic habetur: Consilium et linguam et oculos et aures, et cor dedit illis excogitandi (nempè Deus Adamo et Evæ) Et disciplinâ intellectûs repleuit illos; creavit illis scientiam spiritûs; sensu repleuit cor illorum, et mala et bona ostendit illis. Quibus verbis designatur ℣phia.

2º Idipsum probabilissimè suadet rão; nam cû instructum Adamum fuisse scientiâ probabilissimè suadet rão, quam habere decebat humani generis caput, primum doctorum et legislatorem. Si quidem diuinæ voluntatis et sapientiæ esse evidenter novimus, quod hõem innocentem alicui muneri non præfecerit, quin ei contulerit adjumenta ad id generendum nẽaria.

Atqui decebat humani generis caput, doctorem et legislatorem ℣phiâ instructum esse: nam ut caput debuit alios hões regere, ut legislator formas esse et exemplar virtutis, ut doctor instituere et erudire uno verbo præesse aliis auctoritate, exemplo, et doctrinâ, quod præstare non potuit sine ℣phiâ, quæ magistra morum, arbitra legum, et disciplinæ ōis alma parens est.

Ergo probabilissimè suadet humana rão Adamum ℣phiâ instructum fuisse.

Ergo Adamus habuit a Deo ℣phiam.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1º illud vulgare ~~axioma~~ effatum. Ōis peccans est ignorans.

Atqui Adamus peccavit.
Ergo Adamus fuit ignorans nec proinde habuit syphiam.
Resp. dist. maj. Qui peccans est ignorans actu et practicè, Concedo. Est ignorans habitu et speculativè, nego conseq. Ad minore distinguo. Ergo Adamus fuit ignorans actu et practicè, Concedo cõam. Ergo Adamus fuit ignorans habitu et speculativè, nego cõam.
Ignorans aliquis dici potest modis duobus vel actu et practicè, vel habitu et speculativè. Ignorans actu et practicè est ille qui non satis attendit ad ea quæ novit, et perinde se gerit ac si ignoraret quid agendum sit quid fugiendum. Ignorans habitu et speculativè est ille qui verè inscitiam habet eorum quæ sunt officii sui. Equidem qui peccans est ignorans actu et practicè, hoc est, vel non attendit ad ea quæ facit vel etiamsi actu attendat perinde se gerit ac si ignoraret quid sit agendum quid fugiendum. Sed qui peccans non est ignorans habitu et speculativè, nam hoc legis divinæ benè peritos ad peccare aliquando cernimus, vel infirmitate, vel pravo cordis affectu. Porrò Adamus peccavit atque adeò hunc fuit ignorans actu et practicè, sed malè ex eo concluderetur Adamum fuisse ignorantem habitu et speculativè.
Inst. Ille dum peccavit fuit ignorans habitu et speculativè, cujus oculi postquam peccavisset aperti sunt.
Atqui aperti sunt oculi Adam, postquam peccavisset: sed enim de Adamo perinde ac de Eva scripsit Moyses cap. 3.° Gen. v. 7.°
Ergo Adamus fuit ignorans habitu et speculativè.
Resp. dist. maj. Ille dum peccavit fuit ignorans habitu et speculativè, cujus oculi post peccatum aperti

sunt supra scientiam rei alicujus, concedo. supra meditatem suam, nego. simil. Dist. min, et explico textum geneseos. Aperti sunt oculi amborum supra meditatem suam concedo. supra scientiam rei alicujus nego. quare nego coam. Ille quidem fuit ignorans habitu et speculativè, cujus oculi post peccatum aperti sunt supra scientiam rei alicujus, sed ille non fuit ignorans habitu cujus oculi post peccatum suum aperti sunt supra meditatem suam. Porrò postquam adam et Eva peccavissent aperti sunt eorum oculi supra meditatem suam cujus antea non erubescebant; cum geneseos refero integrum, statim atque dixit auctor sacer comedisse Evam et adamum de fructu ligni prohibiti, (subjungit) et aperti sunt oculi amborum, cumque cognovissent se esse nudos, male. consuerunt folia ficus et fecerunt sibi perizomata. Quæ verba apponere videtur Moyses ei, quod observaverat antea cap. 2. v. 25. de adamo et Eva innocuis. Erat uterque nudus, adam scilicet et [redacted] uxor ejus, et non erubescebant. Atqui ex integra ista serie verborum Moysis clarum est adami et Evæ apertos fuisse oculos supra meditatem corporis, quam sibi turpem esse et pudendam viderunt propter inordinatum, et obscenos in carne, insurgentes motus concupiscentiæ. male ergo colligitur adamum fuisse ignarum habitu et speculativè.

Objicies 2°. Ille non habuit ppiam qui non habuit scientiam boni et mali.

Atqui adamus non habuit scientiam boni et mali.

Ergo adamus non habuit ppiam.

Resp. neg. min. Ille enim habuit scientiam boni et mali, cui Deus ostendit bona et mala. Atqui

Deus ex scripturâ sacrâ Adamo ostendit bona et mala
Ergo Adamus habuit scientiam boni et mali.

Prob. min. Qui scientiam habuit boni et mali non
potest illam sperare.

Atqui Adamus boni et mali scientiam sperabat
pollicente serpente.

Ergo scientiam boni et mali non habuit.

Resp. dist. maj. Qui scientiam habuit boni et mali,
non potest illam sperare naalem, Concedo. non po-
test eam sperare supernaalem, Nego. simil. dist.
min. Adamus sperauit scientiam boni et mali
supernaalem. Concedo. Naalem nego. quare nego con-
sam. Duplex itaque hic distinguitur scientia boni
et mali, alia naalis quæ humanæ mentis naturam
non excedit, alia supernaalis, quæ supra naturam
hois est. Certè qui habet scientiam boni et mali
non potest illam sperare naalem, sed qui scien-
tiam habet boni et mali potest illam sperare
supernaalem. Porro Adamus scientiam boni et
mali sperabat supernaalem sed non sperauit
naalem scientiam boni et mali. Eam enim tantùm
scientiam boni et mali Adamus sperauit, quam
ipsi promiserat serpens. Atqui serpens Adamo
promiserat scientiam boni et mali supernaa-
lem et diuinæ parem, ut patet ex ipsis serpen-
tis verbis, eritis, inquit gen. cap. 3.° sicut dii
scientes bonum et malum. Ergo supernaalem
sperauit Adamus. Atque adeo male concludit
Adamum nullam habuisse scientiam boni et mali.

Objicies 3.° Ille non habuit pphiam qui nec
diuinam cognoscebat nec suam, nec corpoream naam
Atqui nullius rei naturam cognoscebat Adamus
Ergo nullam Adamus habuit scientiam.
Resp. neg. min. secundum ōes partes.

Prob. min. secundum primam partem. Ille Deum non cognoscebat qui nesciebat Deum esse immensum. Atqui Adamus nesciebat Deum esse immensum, putavit enim se Dei irati præsentiam effugere posse.
Ergo Adamus Deum non cognoscebat.
Resp. neg. min. cujus probationem distinguo. Putavit Adamus posse se effugere præsentiam Dei irati sensibilem, Concedo. Præsentiam Dei absolutam, nego. Præsentiam Dei absolutam vocamus ejus immensitatem, per quam ubique est. Sensibilis verò potentia Dei est forma quædam sub quâ hominibus in terrâ degentibus conspiciendum se se aliquando Deus præbuit. Equidem putavit Adamus posse se effugere præsentiam Dei sensibilem, seu formam illam sub quâ Deus Adamo se conspiciendum dederat, dum sua illi præcepta, promissa, minasque sensibili modo declarabat, sed non putavit Adamus se posse effugere Dei præsentiam absolutam: sic enim legitur in Sacris codicibus: Cum audissent (Adamus scilicet et Eva) vocem Dñi Dei deambulantis in paradiso absconderunt se a facie Dñi Dei. Ergo male probr Adamum nesciisse Deum esse immensum.
Prob. min. quoad secundam partem. Ille seipsum non cognoscebat qui credidit posse se fieri similis Deo.
atqui Adamus putavit posse fieri similis Deo.
Ergo Adamus seipsum non cognoscebat.
Resp. dist. maj. Ille seipsum non cognoscebat qui putavit habitu posse fieri similis Deo, Concedo. Ille seipsum non cognoscebat qui putavit actu posse fieri similis Deo, nego. simil. distt. min. Adamus putavit acta fieri similis Deo, Concedo. putavit habitu, nego. quare nego cõam. Putari seu cogitari aliquid potest duobus modis, vel habitu vel actu: Illud putatur habitu quod putatur

attendendo ad scientiam spiritualem seu perseverantem in mente. Illud putatur actu quod hîc et nunc et fortasse sine animaduertione ad mentis cognitionem judicatur. Ille quidem seipsum non cognoscebat qui credidit posse fieri similis Deo. Sed nego illum naam suam non cognouisse habitu qui putauit posse fieri similis Deo. Porrò adamus putauit posse fieri similis Deo, ac proindè seipsum non cognouit actu scilicet momento, quo peccauit, hoc est non attendit ad infinitam distantiam, quâ Deus et res creatæ differunt, sed male concluditur Adamum sese non cognouisse habitu. Nam fieri potest ut quis se intrhè cognoscat, neque tamen hoc vel illo temporis momento ad sui cognitionem animaduertat.

Prob. min. secundum 3.am partem. Ille non cognouit naturam corpoream, qui putauit serpentem accepisse a Deo loquendi facultatem.

Atqui putauit adamus serpentem accepisse a Deo loquendi facultatem.

Ergo non cognouit adamus naturam corpoream.

Resp. dist maj. Ille non cognouit naturam corpoream qui putauit serpentem accepisse a Deo loquendi facultatem, virtute naali, Concedo. virtute supernaali, nego. simil. dist. min. et nego coam. Ille quidem non novit naturam serpentis qui putauit serpentem accepisse a Deo facultatem loquendi naalem, non verò ille qui putauit serpentem accepisse a Deo virtutem loquendi supernaalem; potuit enim Deus linguæ usum serpentibus concedere.

Eâdem distinctione utendum erit si quis mutato tantùm exemplo dicat adamum ità ignarum fuisse, ut existimaverit fructui quem comedit vim inesse dandi scientiam boni et mali. Putauit

quidem Adamus at saltem sua posse se consequi scientiam boni et mali divinæ parem, quasi per virtutem externam et supernaalem non verò quasi per virtutem propriam et intimam.

Quæres 1.° quomodo sàù quânam viâ habuerit Adamus Sphiam. Eres Scilicet distinguuntur modi habendæ Sphiæ, Infusione seù communicatione repentinâ, quæ à Deo fiat, Inventione seu inquisitione, et doctrinâ seù traditione quâdam.

Resp. Adamum habuisse Sphiam concreatam mentis suæ seù infusam.

Conclusio Secunda

Adamus Sphiam habuit per infusionem seù per insitam cognitionem.

Probr. Triplici tantùm modo haberi potest Sphia, infusione, Inventione et Doctrinâ.

Atqui Adamus nec inventione nec doctrinâ habuit Sphiam, non inventione cùm longo ad id indiguisset temporis intervallo nec fuisset conditus perfectus, quod et Scripturæ sacræ et radibus haud spernendis quæ non allatæ sunt repugnat: non doctrinâ angelo Scilicet credidente tùm quod ad hoc requireretur longa atque plurimus labor tùm nè vel tantùm, vel plus se debere credidisset angelo, qui bene esset, quam deo, qui esset simpliciter tribuisset.

Ergo Adamus habuit Sphiam per infusionem seù per insitam cognitionem.

Responsiones ad objecta

Objicies 1.° Sphia Adami ejusdem speciei debuit esse ac nostra.

Atqui si concreata ipsi fuisset, seù infusa non esset ejusdem speciei ac nostra.

Ergo Adami Sphia non fuit ipsi infusa.
Prob. min. habitus infusus est diversæ speciei ab acquisito
Ergo si Sphia Adami fuisset ipsi infusa non
esset ejusdem speciei ac nostra.
Resp. dist. ant. habitus infusus est diversæ
speciei ab acquisito, Concedo. habitus infusus per-
accidens est diversæ speciei ab acquisito, nego.
quare nego eam. habitus infusus duplex est
alius infusus per se, alius per accidens. habitus
infusus per se est ille qui nonnisi divinâ virtute
inditus esse potest, ità aliter haberi ab hoibus
non
potest, ut sunt fides, Spes, et Charitas. habitus
infusus per accidens est ille qui ex naturâ suâ non
postulat infundi, sed ut plurimum naturæ viribus
acquiritur, ut habitus pingendi. Equidem habitus infu-
sus per se est diversæ speciei ab acquisito, hic enim
secundùm naam hois est, ille supràs ejus naturam
sed habitus infusus per accidens non est diversæ
speciei ab acquisito, uterque enim secundùm nãam
hois est, atque adeò malè concluditur Sphiam
futuram non esse ejusdem speciei ac nostram, si
esset ipsi infusa.
Inst. habitus infusus etiam per accidens est super-
nãalis.
atqui habitus supernãalis est diversæ speciei ab
acquisito.
Ergo.
Resp. dist maj. habitus infusus etiam per accidens
est supernãalis secundum modum habendi
concedo. est supernãalis secundum naturam
suam, nego. simil. dist. min. habitus supernãalis
secundum nãam est diversæ speciei ab acquisito
concedo. habitus supernãalis secundùm modum

habendi tantùm est diuersæ speciei ab acquisito
nego. quare nego eam. supernaale secundùm
naam est illud quod in se vinò est supra ordinem
et mensuram rerum creatarum. V.G. Gratia
Dei, Religio christiana. supernaale secundùm mo-
dum habendi duntaxat est illud quod diuinâ
quadam virtute inditum est V.G. per miraculum
ut visio cæco hâi reddita a Christo Dño. Equi-
dem habitus infusus per accidens est supernaalis
secundùm modum habendi: sed habitus infusus
per accidens non ideo est supernaalis secundùm
naam suam. Porrò habitus supernaalis secundùm
naam suam est diuersæ speciei ab acquisito;
non item qui est supernaalis secundùm modum
habendi duntaxat. Atque adeò malè concludi-
tur habitum infusum per accidens esse diuersæ
speciei ab acquisito.

Objicies 2° Pthia non potest infundi.
Ergo Adamus non habuit pthiam per infusionem.
Resp. neg. ant. Deus enim illos habitus potuit
infundere seu diuinitùs nobis tradere quos
acquirere possumus. atqui possumus acquirere
labore ac studio pthiam. Ergo Deus potuit pthiam
infundere.

Quæres 2° Qualis fuerit Adami pthia an
perfecta an dialecticorum mera rationalis seu
ut aiunt discursiva.

Resp. 1° gratiam omitti debere has quæstiones
de gradu et de proprietatibus cæteris scientiæ
Adami. Nam modum hujus scientiæ soli
cognoverunt ~~Deus~~ et Adam in quo hæc fuit,
et Deus qui eam dedit.

Sed ut consuetudini Scholarum meæ accu-
modem, respondeo Speciatim 1° probabile

esse in mente Adami ex titulo Ideas ōium verum, quæ existunt; adeo perfectam fuisse et integram Adami ꝑfiam. Nam suadet rāo Adamum eam habuisse scientiam quæ secundum naam hominis est, quaque accomodo esse potest disciplina et institūo hoīm a primo hōe oriundorum. atqui scientia perfecta consistens in complexu Idearum ōium quæ existunt, est secundum naturam hūis. Nam decet cognosci ab hōe res ōes creatas, quarum usum homo habet. Itidem scientia perfecta solu ~~capitalem~~ potuit sufficere Adamo poterat ad disciplinam et institūoem hominum qui a se oriundi erant. Nam ut benè rāocinatur Stus Thomas, hōe secundum naam tam idoneus est ad ōem virtutem et ad ōem cognitionem nāe. Atqui solu scientia perfecta ~~non~~ sufficere Adamo poterat ad disciplinam et institūoem hoīm. Ergo sola scientia perfecta sufficere poterat Adamo ad disciplinam et institūoem hoīm qui a se oriundi erant. Ergo probabile est Adamum habuisse ꝑfiam perfectam, seu ideas naarum ōium quæ existunt.

Resp. Speciatim 2o. Nihilominus Adamum ꝑfiam dialectorum more rāonalem, seu ut aiunt discursivam secundum aliquos cognitōes, nam talem habuit Adamus ꝑfiam scientiam qualis hōem decet. atqui scientia rāonalis seu discursiva hoem decet, quoniam proprietas hūis est rāocinari seu discurrere. Ergo Adamus habuit ꝑfiam rāonalem Dialecticorum more.

Objicies 3o. Illius ꝑfia non erat argumentativa et discursiva qui nullam habebat argumentandi necessitatem.

atqui Adamus utpote Ideis informatus naturarum om̃ium nullam habebat argumentandi necessitatem
Ergo ademi ꝑphia non fuit argumentatrix.
Resp. dist. maj. Illius ꝑphia non est argumentatrix et discursiva qui nullam habebat argumentandi necessitatem nec circà naturam rerum nec circà earum proprietates et effectus, Concedo. Qui nullam habebat argumentandi necessitatem circà naturam rerum tantum, nego. simil. dist. min. et nego cõam. Recerà Adamus non habebat necessitatem argumentandi, circà naturam rerum, quia Ideas rerum om̃ium Adamo ostendebat Deus: Sed Adamus necessitatem habebat argumentandi circà proprietates et effectus rerum. Nam Adamus argumentabatur circà illa quæ ex Ideis suis colligebat. Nam hîc, utpote finitæ mentis Ideas rerum totas simul videre non poterat, sed perfectiones quæ unâquâque comprehenduntur alias post alias observabat. Ergo Adamus necessitatem habebat argumenta circà proprietates et effectus rerum. Atque adeo male concluditur Ademi ꝑphiam non fuisse argumentatricem et discursivam.
Inst. Argutari est procedere a noto ad Ignotum. Atqui si Adamus instructus fuit Ideis rerum om̃ium nunquam procedere poterat a noto ad ignotum
Ergo si Adamus instructus fuit Ideis om̃ium rerum, nunquam procedere poterat a noto ad ignotum.
Resp. dist. maj. Argutari est procedere a noto ad ignotum secundum quid, Concedo. ad Ignotum simpliciter, nego. simil. dist. min. et nego cõam. Aliquid potest esse ignotum vel simpliciter vel secundùm quid. Ignotum simpliciter est illud quod nequaquam cognoscitur neque in se neque in suâ causâ. Ignotum secundùm quid est illud quod ab aliquo priùs cognito pendet ut cognoscatur. V. G. Proprietates rerum dicuntur ignotæ secundùm quid quia per seipsas non cognoscuntur sed pendent a noce et contemplatione rerum ad

Reverà argutari est procedere a noto ad ignotum secundùm quid. Sed non ad Ignotum simpliciter. Porrò si Adamus instructus fuit Ideis ōium rerum necessè non habebat procedere a noto ad ignotum simpliciter. Sed etiamsi Adamus instructus fuerit Ideis ōium rerum, necesse tamen habuit procedere a noto ad ignotum secundùm quid, hoc est ad aliquid cognitum dependenter ab aliâ re prius cognitâ. Nam ille necesse habuit procedere a noto ad ignotum secundùm quid, qui unicâ mentis suæ cogitatæ videre non poterat ōem Ideæ alicujus comprehensionem. atqui Adamus licet instructus a Deo Ideis ōium rerum videre tamen non potuerat unicâ cogitatâ ōem Ideæ comprehensionem. Solus quippè Deus res ita cognoscit. Ergo Adamus licet instructus a Deo Ideis rerum ōium necesse habuit procedere a noto ad ignotum secundùm quid. atque adeò malè concluditur Adamum necessitatem non habuisse argumentandi.

Inst. Illum non oportebat devenire a noto ad ignotum secundùm quid cui ōia erant perinde nota.

Atqui Adamo ōia erant perinde nota.

Ergo Adamum non oportebat devenire a noto ad ignotum secundùm quid.

Resp. dist. maj. Cum non oportebat devenire a noto ad ignotum secundùm quid. cui ōia erant perinde nota actu, Concedo. habitu tantùm, nego. Simil dist. min. et nego cons. Illi sunt perinde nota habitu, qui rerum ōium Ideas seu species habet, et ad eas facile attendit si velit. Illi ōia sunt perinde nota actu, qui unico intuitu ōia novit. Reverà illum non oportebat devenire a noto ad ignotum secundùm quid cui ōia erant perinde nota actu. Sed oportebat eum devenire a noto ad ignotum secundùm quid cui ōia erant perinde nota habitu tantùm. Porrò Adamo

qui instructus fuerat a Deo Ideis ōium rerum, erant ōia perinde nota habitu, quia nihil quod non cognoscere poterat Ideis suis. Sed ōia perinde nota non erant actu Adamo ex eo quod habuerit a Deo rerum ōium Ideas. Nam ex eo quod Adamus haberet a Deo Ideas ōium rerum non melius concluditur ōia huic perinde nota fuisse actu quam ex eo quod habeat quis Ideam circuli, concluditur huic notas esse actu ōes circuli proprietates et relatōes. Atqui ex eo quod habeat quis Ideam circuli, non bene concluditur huic notas esse actu ōes circuli proprietates et relatōes, quæ alia tantùm post alias cogitatōe assiduâ animo repræsentantur. Scilicet mens hōis quia mentaliter finita est, Ideæ quam contemplatur comprehensionem seu ambitum ōem unicâ cogitatōe non assequitur, sed consistere debet modo his Ideæ perfectionibus. Ergo etiamsi Adamus instructus fuerit a Deo Ideis rerum ōium non ideirco hæ res fuerunt ipsi perinde notæ. atque adeo malè concluditur non oportuisse Adamum devenire a noto ad ignotum secundùm quid.

Conclusio Tertia

Ingente sanctâ et electâ a Deo perpetuò mansit traditionibus Sphia.

Probr hæc quippe scientia mansit in gente sanctâ et electâ a Deo traditionibus continuis, quam Adamus natos suos docuit, et filii Adami nepotibus suis tradiderunt.

Atqui Adamus Sphiam natos suos docuit, et hi etiam nepotibus suis tradiderunt. Nam 1° Adamus à paradiso ejectus, Sphiam cujus scientiæ

quædam ac veluti rudera, in ejus animo superarant, filios ac nepotes, tum exemplo docuit tum doctrinâ, inter hos verò Seth, Henoch, et Noë diligentissimè eam conservarunt. Narrat Josephus Scriptor antiquitatis judaicæ, lib. 1.° cap. 3.° Seth locutum esse patrem suum in Syriâ peregrinandâ, præsertim in eâ parte quæ refertur ad corpora cœlestia item a filiis Seth duas extructas fuisse columnas lapideam unam, alteram lateritiam, in quibus scriptas esse inquit fuisse artes quas ipsi invenissent, quarum lapideam ætate etiam suâ in Syriâ remaneret.

Henoch quoque Syriam excoluit, imò astrologiæ primum inventorem fuisse opinio est multorum, quâ de re videatur Eusebius lib. 9.° præparationis evangelicæ. Probabile est etiam cæteros Patriarchas primæ mundi ætatis ab Adam prorsùs descendentes multùm fuisse aversatos in Dei Creatoris sui contemplatione, et in moribus licentiæ nobis.

Sed Noë diligentius quam cæteri Adami nepotes Syriam retinuit; hicque post diluvium velut alter humani generis parens, filios nepotesque hic educavit, sed hi, idem, nepotes, confusis linguis in alias partes commigrantes, atque adeo a Stirpe sanctæ radicis avulsæ novos sibi mores, et inauditas novas pro arbitrio conditorum ità Lactantius lib. 2.° divin. Inst. cap. 13.° Igitur corruptâ tunc imò depravatâ jam in campis Semaar Syriâ, in Eberi familiâ, quæ ex Noë radiant, quorum placita et errores abhorrebat, distincta et juncta erat sincerior aliquando habit, donec ingruenti undique barbariei progressum cedere cogeretur.

Hunc porrò ex Semi posteris atque annis quidem ante ejus mortem fere centum ortus est Abrahamus de quo sic Eusebius loquitur lib. 4.° præparatis evangel. cap. 4.°

Quid de Abrahamo dicam qui cum cœlestium corporum scientiâ maximè præstaret Abraham id est, pater superiorum corporum vocabatur.

Post hunc traditam a patre suo sapientiam conservaverunt Isaac, Jacob, et Joseph, atque reliqui Ebræi quorum appellatio usque ad Christum natum obtinuit.

Interea Josepho et Regi qui eum noverat, mortuis non longo post tempore Ægyptii redierunt ad colendas Idola magicasque artes sunt amplexi, nec non Judæi diutinâ eorum conversatione ab iis parùm differre videbantur. Sed Deus hereditariæ sapientiæ consulens ad eum eos revocavit per Moysen de quo multa scribit S.tus Clemens Alex.

Sed hôrum ôium post eduxi sapsum doctrinâ superamus et Salvianum videbatur, hic cujus amplissimam sapientiam enimvè commendat sacra scriptura. Plurimi deinceps nôari possunt Pphi inter Judæos.

Hæc quæ raptim narrata sunt de Pphiæ existentiâ et propagatione in gente sanctâ intelligi debent ita ut magis habeatur rão hujus partis pphiæ quæ ad Metaphysicam et mores spectat, quam ejus quæ per artes physicas docet.

Ergo in gente sanctâ et electâ à Deo perpetuis mansit traditionibus Pphia.

Conclusio quarta.

Apud Gentiles ignorata fuit et neglecta pphia, donec viri quidam præstantes, eam aliquâ ex parte redintegrarunt, communi admiratione ad hoc opus suscipiendum et experientiâ suffulti.

Probr 1.a part. Apud illos ignorata et neglecta fuit diu pphia quos constat initia habuisse doctrinæ suæ longe recentiora suâ origine aut aliunde gentium.

atqui constat Gentiles ꝺes initia habuisse doctrinæ longè posteriora principiâ suâ origine seu habitaꝺe suâ alicubi corporum, fiꝺem hujus rei faciunt annales diversorum populorum.

Ergo apud Gentiles neglecta et ignora fuit ꝑphia ꝺonec viri quiꝺam præstantes eam aliquâ ex parte reꝺintegrarunt.

Et verò Gentiles qui ꝺescivêrant a sapientibus Gentis sanctæ Patriarchis ꝺiuꝺ carnerent aꝺjumentis, hoc est, præceptoribus et magistris sapientiæ, aꝺꝺe inducta per peccatum originis fuisse humanâ libiꝺinem, ꝺiscenꝺi laborem, et incrediꝺilem hominum socꝺiam quibus effectum est ut ne ꝺe inquirenꝺâ quiꝺem sapientiâ Gentiles cogitarent.

Probr 2ª part. his meꝺiis recuperata aliquâ ex parte ꝑphiâ fuit apuꝺ Gentiles, quorum uno aꝺ quærenꝺam veritatem, et causam rerum animati fuerunt hões, altero ꝺirecti fuerunt in ejus inquisitionem.

Atqui 1º aꝺmiratõe excitati ~~fuerunt~~ homines fuerunt aꝺ quærenꝺam veritatem et causam rerum. Nam aꝺmiratio est suspensio quæꝺam animi orta et causæ ignoratæ et conjunctæ cum ꝺesiꝺerio illius cognoscenꝺæ: 2º in Jnꝺagatõe veri ꝺirectè hões fuerunt experientiâ. nam experientia nihil aliuꝺ est quam repetita singularium multorum observatio per quam gñalis similium effectuum cognitio tanquam aꝺ eâꝺem causâ procꝺentium confirmatur.

Ergo Gentiles ꝑphiam aliquâ ex parte reꝺintegrarunt aꝺmiratõe commoti et experientiâ ꝺiligenter.

Conclusio quinta

In unoquoque hõum attentio est causa secunꝺa proximaꝺ scientiæ quam quisque acquirit.

Probr. Illud causa est secunda scientiæ proxima in unoquoque nostrûm, quod veritatis lucem a Deo deprecatur, nobis que acquirit.

Atqui attentio veritatis lucem a Deo deprecatur nobis que acquirit: Attentio non immeritò habetur veluti occâo quædam realis quâ veritatis cognitionem nobis a Deo promeretur.

Ergo in unoquoque nostrûm attentio causa secunda proxima scientiæ quam quisque acquirit.

Caput Primum

De Causâ Materiali Phiæ

Causa Materialis est latissimè cognitio rei in sermonibus ſphorum: sumitur vel pro materiâ ex quâ res componitur vel pro subjecto in quô ea recipitur vel pro objecto quod recipitur; Ideoque tripler distingui solet. causa materialis ex quâ seu simpliciter materia; causa materialis in quô seu subjectum; et causa materialis circà quam siuè objectum.

Causa materialis ex quâ ſphiæ. spectari potest ſphia duobus modis vel collectivè et conjunctè prout est complexio ſtium cognitionum realium, vel distributivè et separatim, prout est cognitio rei unius definitæ, figurarum V.G.

Conclusio Prima.

Phiæ distributivè sumptæ nullæ est materiâ ex quâ ejusdem collectivè sumptæ

aliqua nominari potest, scilicet variarum nãarum cognitiones quæ ꝑphiam sub̃liuntur.

Probr 1.ª pars. Illius rei nulla est materia ex quâ quæ sinè ꝑtes non habet.

Atqui ꝑphia distributivè sumpta sinè ꝑtes non habet ne per mentem quidem distinctas nam ꝑphia distributivè sumpta est cognitio

Ergo ꝑphiæ distributivè sumptæ nulla ex materia ex quâ

Probr 2.ª pars. Objecta plurima eaque diversa insignitur scientiæ alicujus vocari possunt materia ex quæ hujus scientiæ.

Atqui objecta sunt plurima eaq; diversa insignitur ꝑphiæ collectivè sumptæ scilicet Deus, humana mens, materia, corpus nãale ex quibus deprom̃itur partitio ꝑphiæ in Metaphysicam, Mathesim et Physicam.

Ergo ꝑphiæ collectivè sumptæ aliqua est materia ex quâ.

Subjectum ꝑphiæ

Subjectum gnatim est id cui in quo aliquid recipitur, et dupliciter hoc loco dishinguitur in hæsionis et denoãtionis, definicet in compendio inde

Conclusio secunda

Mens humana est subjectum inhæsionis ꝑphiæ, hoc est ejusdem subjectum inhæsionis

Probr. 1.ª pars. Subjectum inhæsionis est id in quo aliquid recipitur tanquam forma aut qualitas accidentalis, ~~[illegible]~~ Atqui ꝑphia recipitur in mente hoc tanquam forma ejus accidentalis est enim decus et ornamentum nãæ, non ipsa natura.

Ergo subjectum inhæsionis ℔phiæ est humana mens.
Probō 2.ª Part. subjectum denōāōis est illud quod accipit denominaōem formæ.
Atqui homo denominaōem ℔phiæ accipit. hic quippè vocatur ℔phus a ℔phiâ quæ in mente ejus est.
Et vero denominaōes sunt suppositorum seu totius suppositi, non partium ejus aliquarum, ut habet præceptum Axioma.
Ergo hōc est subjectum denōāōis ℔phiæ.

Objectum Philosophiæ

Objectum quatuor est illud circà quod aliquid versatur. Duplex est nempe materiale et formale, et amborum simul sumptis est objectum quod vocant totum seu adæquatum aut attributivum. super his vide Compendium.

Conclusio Tertia

Objectum materiale ℔phiæ sunt res dēs naāles; formale objectum est evidens eo quoscibilitas. Totale proindè seu adæquatum ejus objectum sunt res naāles prout evidenter sunt cognoscendæ.
Probō. 1.ª pars. Objectum materiale alicujus disciplinæ est illud circà quod ea versatur.
Atqui ℔phia versatur 1.º et per se circa res dēs naāles, nam secundum naam suam est cognitio rerum naalium per causas
Ergo objectum materiale ℔phiæ sunt res dēs naāles.
Probō 2.ª pars. Objectum formale alicujus disciplinæ est ratio specialis quâ hæc objectum totum materiale attingit.

atqui euidens cognoscibilitas est rão specialis sub quâ quãe ꝓphia attingit res naturales, nam secundum nãam suam est cognitio euidens.

Ergo objectum formale ꝓphiæ est euidens cognoscibilitas.

Prob. 3.ª part. Objectum totale seu adequatum alicujus disciplinæ est illud quod includit simul objectum materiale et formale, seu quod habet quatuor conditiones ad objectum totum requisitas unitatem, communicabilem, relabilem, et distinctionem.

Atqui res nãales prout sunt cognoscendæ euidenter complectuntur objectum materiale et formale ꝓphiæ ut patet ex mox probatis; seu quod in idem recipit, habere quatuor conditiones requisitas ad objectum totum ꝓphiæ. quemadmodum facile probatur explicando seorsum quatuor istas condões

Ergo objectum totum seu adequatum ꝓphiæ sunt res ões nãales prout lumine nãali cognoscendæ

Dices. ꝓphia agit de Deo.

Atqui Deus est res supernãalis.

Ergo ꝓphia non agit de Rebus nãalibus tantum.

Resp. dis. maj. ꝓphia agit de Deo uno et auctore nãæ, Concedo. de Deo trino et auctore gratiæ, nego. simil. dis. min. Deus primus et auctor gratiæ est res supernãalis Concedo. Deus unus et auctor nãæ est res supernãalis, nego. quare nego cõam. Equidem ꝓphia agit de Deo uno et auctore nãæ sed non agit de Deo trino in personis et auctore gratiæ. Potiò Deus trinus in personis et auctor gratiæ est res supernãalis. nam quodcumq; cognoscitur per Ideam illud vocatur res nãalis. atqui Deus unus in naturâ et auctor nãæ

cognoscitur per Ideam, quem admodum demonstrabit
in Metaphysicâ. Ergo Deus unus in naturâ et
auctor rerum ~~tium~~ non est supernaalis saltem
secundum aliquos modos considerandorum, eorum attri-
butorum. atque adeò malè concluditur ~~pp~~hiam non
agere de rebus nãalibus tantùm.

Caput Quartum
De
Causâ formali Sphiæ
atque etiam de causâ
ejus Exemplari

Causa formalis est id propter quod res
aliqua in specie suâ constituitur. V.g. Dispõ
lapidum et lignorum appellatur causa formalis
domûs quamobrem causa formalis non est nisi
ubi est materia; hinc neque adhibitâ distinctione
~~pp~~hiæ, quâ superiora capita usi sumus, sit

Conclusio.

Sphiæ distributivè sumptæ nulla est causa formalis, collectivè sumptæ aliqua est, scili-
cet partitio ejus in multas disciplinas.
Probr. 1.ª pars. Illius rei nulla est formalis cau-
sa cujus nulla potest esse dispõ aut distribũ.

Atqui nulla disp̃o esse potest sp̃hiæ distributivè sumptæ et si quidem unica esq; simplex mentis affectio.
Ergo sp̃hiæ distributivè sumptæ nulla est formalis causa.
Probr 2.o pars. Distribuõ et partitio mente factâ haberi potest tanquam causa formalis.
Atqui aliqua est distribuõ et partitio sp̃hiæ collectivè sumptæ, scilicet in scientiam Dei, humanæ mentis materiæ, corporis naturalis, aliasq; hujusmodi disciplinas diversas ingeniter.
Ergo sp̃hiæ collectivè sumptæ aliqua est causa formalis.
Atque hæc de causis sp̃hiæ sufficiunt.
Quinque aliquando nõant causam, exemplarem scilicet, eamque definiunt, ad cujus similitudinem fit aliquid, Verum hæc causa non habet locum in sp̃hiâ, utpotè quæ secundùm propositum exemplar fingi non possit, nisi forte exemplum illud quis esse voluerit scientiam Dei cui consimilis esse debet õis nostra scientia.

Quæstio Sexta

de

Divisione sp̃hiæ

In sp̃hiâ secundùm naturam suam considerată duo possunt secerni finis et objectum, ex his duobus petenda est unitas et distinctio sp̃hiæ quæ iterùm duplex est, altera vocatur generica altera specifica. Unitas sicut et distinctio generica a fine potissimùm repetanda est. Dicimus autem esse finis scientiæ, vel contemplatio veritatis vel etiam praxis aliqua disciplinæ quæ

in solâ objecti contemplatõe quiescunt, quæque dicuntur Speculativæ, ejusdem sunt generis.

Pariter quæ disciplinæ non conquiescunt in objecti sui contemplatione sed tendunt ad opus, quæque appellantur practicæ ejusdem generis sunt. Contrariâ rãõe Speculativæ disciplinæ a practicis genere differre dicuntur.

Unitas et distinctio Specifica ab objecto formali præsertim est desumenda, per objectum enim formale, quælibet scientia constituitur in tali Specie scientiæ et a cæteris disciplinis distinguitur; Quinque autem præcipua genaliaq occurruntur objecta scientiæ formalia, a quibus repetitur hodierna Sphiæ diuidendæ rãõ.

Exinde consequitur Sphiam diuidi 1.° rãõe finis in Speculativam et practicam.

Sphia Speculativa est ea, quæ conquiescit in solâ objecti sui contemplatõe nec tendit ad opus.

Sphia practica dicitur ea quæ non conquiescit in contemplatõe objecti sui, sed aliquid circà illud operatur, aut potius operandum docet.

2.° Rãõe diversorum objectorum singillatim, Speculativa scientia diuiditur in tres partes, in Metaphysicam, Physicam, et Mathematicas disciplinas; practica verò scientia in duas partes diuiditur in Logicam et Moralem.

Undè quinque vulgo distinguuntur Sphiæ partes, Logica, Metaphysica, Moralis, Physica, et Mathematicæ disciplinæ.

Sed Auctor est Cicero libr. 1.° de Oratore Sphiam distributam fuisse a veteribus platonicis scilicet et stoïcis in tres partes scilicet in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem in vitam atque mores;

hoc est, ut interpretantur vulgo in ſphiam nãalem, rãonalem et moralem.

Nãalis ſphiæ nomine intelligenda est ſcientia nãarum, seu rerum õium tam incorporearum quam corporearum.

Rãonalem ſphiam nõ habent dialecticam seu logicam.

Moralis complectitur legum scientiam.

Õinoda denique ſphiæ, vel est habitualis vel actualis quæ nomina explicata sunt in compendio terminorum ſphiæ.

Visitatior est ſphiæ divisio in speculativam et practicam, et in species utrique subjectas, quam idcirco extendo genere dicendi contextiore quod in scholis nostris usurpatur.

Conclusio Prima.

Sphia rectè dividitur in speculativam et practicam tanquam in sua genera. Sed rudius practica in Logicam et moralem benè distribuitur. Speculativa autem in Metaphysicam et Physicam, Mathesis tandem partim ad practicam partim ad speculativam ſphiam pertinet.

Probr. 1.ª pars. Divisio ſphiæ generica ab ejus fine desumenda est. Unde totuplex est ſphia secundum divisionem genericam, quotuplex est ſphiæ finis gnalis.

Atqui finis ſphiæ vel est speculãa, vel praxis, ut norunt ões.

Ergo ſphia rectè dividitur in speculativam et practicam, tanquam in sua genera.

Probr 2.a part. Distinctio non scias ac unitas specifica ſphiæ ab objecto formali desumenda est, quia objectum formale cujuslibet scientiæ eam ab ōi aliâ specificè discernit undè tot distinguendæ sunt ſphiæ species, quot sunt objecta ſphiæ formalia diuersa insigniter.

Atqui duplex est objectum formale ſphiæ speculativæ. Duplex quoque est objectum formale ſphiæ practicæ. Nam speculativa scientia vel considerat ens et modum entis grāhim atque abstracta per mentem, et est Metaphysica, vel contemplatur ens et modum entis specialim sicè prout est corpus et vocatur Physica sicè prout est spiritus et vocatur Pneumatologia quæ pars est altera Metaphysicæ. Practica verò scientia cogitātes ad veritatem est Logica, vel dirigit actiones humanas ad honestatem et appellatur Moralis. Mathesis tandem partim est speculativa partim practica

Ergo ſphia rectè dividitur in Logicam, Moralem, Metaphysicam, Physicam, et Mathesim tanquam in species suas.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1.o Vt studium sapientiæ ad praxim aliquam dirigitur. V. g. ad Virtutis cultum, ad Dei admissionem et amorem.

Ergo nulla est scientia merè speculativa

Resp. neg. cām quamvis enim studium sapientiæ ad praxim aliquam dirigatur

tanquam ad finem ultimum et quidem, male tamen
concluditur nullam scientiam dici posse speculativam
quoniam natura scientiæ non est non esse desumendæ
a fine aliquo ultimo rebus quæ ôibus perinde com-
muni sed a fine proprio cujuslibet scientiæ, quo
finis scientiarum esse potest vel mudo rei alicu-
jus contemplatio, vel praxis aliqua

Objicies 2°. Theologia, Jurisprudentia Medicina
astronomia, Rhetorica sunt ppthiæ species.
Ergo legitima non est ppthiæ divisio in quin-
que species.

Resp. ad singulas antecedentis partes 1°. Theologia
non est ppthiæ species, quippe quæ nihil de Deo
docet nisi per fidem. 2°. Jurisprudentia nãalis
est quidem ppthiæ pars aliqua sed quæ a
Morali nequaquam discrepat ~~Medicina~~
Positiva autem jurisprudentia, quæ cum dabit in
legibus arbitrariis, hoc est in consuetudinibus di-
versarum V.g. Gentium, scientiæ partem ali-
quam facere non potest. 3°. Medicina quã
parte scientia est ad Physicam revocatur
4°. astronomia ppthiæ pars est sed Physicæ
cognata; agit enim physice de corporibus
omnibus, quæ sive in cœlo sive in terrã versantur
5°. Rhetorica ppthiæ pars non est, sed ars
liberalis.

Quæri hîc solet utrum sit aliqua Subordi-
nãe scilicet loquuntur subalternãe inter diversas
ppthiæ disciplinas.

Resp. scientiam aliquam alteri subjectam esse,
posse tribus modis. 1°. vãe finis cum scilicet

finis unius scientiæ ad alterius finem refertur, sic ars equestris militari, hæc vero politicæ subjicitur
2.o rãõe objecti quod in aliquâ scientiâ magis contractum esse et in superioris scientiæ subjecto continetur
3.o rãõe principiorum, cum principia unius scientiæ ex aliâ scientiâ depromuntur sic optica geometricæ
Musica Arithmeticæ, medicina Physicæ subordinantur. sic ões disciplinæ subjectæ sunt scientiæ quæ
li a quâ depromuntur principia cognitionis quæ ordinantur in utilitatem ões rerum quæ inquiruntur.

Denique Seciatim quæritur utrum sit aliquis ordo dignitatis inter disciplinas speculativas et practicas quæ quæstio etsi vana sit et futilis aliquâ conclusione prout mos est, dirimenda est.

Conclusio Secunda

Scientiæ speculativæ et practicæ se mutuo à variis nominibus antecedunt.

Probr. Illæ scientiæ se mutuo à variis nominibus antecedunt quæ dispares habent dignitatis gradus

Atqui scientiæ speculativæ et practicæ dispares habent dignitatis gradus et excellentiæ ut inductione constare potest. nam metaphysica V.g. quæ speculativa est, vincit objecti dignitate Moralem quæ est practica, vicissim Logica quæ est practica superat certitudine physicam quæ est speculativa, Moralis itidem quæ est practica suâ utilitate præstat cæteris disciplinis seu speculativis seu practicis.

Ergo scientiæ speculativæ et practicæ se mutuo variis nominibus antecedunt.

Responsiones ad objecta

Objicies 1.o scientiæ speculativæ sunt

nobiliores practicis, si cognitio veritatis quæ est finis speculativarum sit melior praxi virtutis, aut aliquâ effectione quæ est practicarum scientiarum finis.

Atqui cognitio veritatis est melior praxi, aut effectione aliquâ

Ergo scientiæ speculativæ sunt nobiliores practicis.

Resp. dist. maj. scientiæ speculativæ sunt nobiliores practicis ratione finis. sit cognitio veritatis sit melior praxi virtutis, Esto. Ratione aliorum capitum, certitudinis vel utilitatis, Nego. Et responsio patet ex mox probatio. Resp. neg. min. nam cognitiones quædam sunt adeo jejunæ et steriles, ut cum praxi virtutis, aut etiam cum effectione aliquâdam præclarâ comparari non debeant.

Inst. Cognitio expetibilis propter se est nobilior illâ disciplinâ quæ expetitur propter aliud.

Atqui scientiæ speculativæ expetuntur propter se, practicæ vero propter opus.

Ergo scientiæ speculativæ sunt nobiliores practicis

Resp. dist. maj. cognitio expetibilis propter se simpliciter et intrinsecè est nobilior altera quæ expetitur propter aliud, Concedo. Cognitio expetibilis propter se secundùm quid et extrinsecè, Concedo est nobilior alterâ quæ expetitur propter aliud nego, vel subdist. est nobilior ratione istius capitis, esto. Ratione aliorum capitum, V.G. Certitudinis aut utilitatis, nego. Simil. dist. min. scientiæ speculativæ expetuntur propter se secundùm quid et extrinsecè, Concedo. simpliciter et intrinsecè. nego. unde nego com. duobus igitur modis aliquid est expetitur propter se vel simpliciter et intrinsecè, vel propter se secundùm quid et extrinsecè. Illud est expetibile propter se simpliciter quod summam in se continet bonitatem, ità ut nihil ultrà expeti possit.

Illud cos expetibile propter se secundum quid quod se liberâ intentione, vel propter impotentiam cognoscentis, vel propter repugnantiam objecti cognit non refertur ulterius, certè cognitio quæ expetetur propter se simpliciter est nobilior alterâ quæ expetitur propter aliud; sed ea cognitio quæ expetitur propter se secundum quid non est nobilior alterâ scientiâ quæ expetitur propter aliud; saltem huic non præstat ratione finum capitum. Porrò scientiæ speculativæ expetuntur propter se secundum quid sed non expetuntur propter se simpliciter. Illæ quippè scientiæ scientiæ non expetuntur propter se simpliciter quæ summam in se non continent bonitatem atqui scientiæ speculativæ summam in se non continent bonitatem, neque enim sunt summum hominis bonum. Ergo scientiæ speculativæ non expetuntur propter se simpliciter, proindè malè concluditur scientias speculativas esse nobiliores practicis.

Objicies 2.° in gratiam scientiarum practicarū Melius est cognoscere veritatem et aliquid operari quam cognoscere tantùm.
Atqui scientia practica cognoscit et operatur; speculativa verò cognoscit tantùm.
Ergo practica scientia est melior speculativâ
Resp. dist. maj. si conditio utrobique sit par. Conc. seuls, nego. simil. dist. min. et nego cõam. scientia quidem practica cognoscit et operatur, sed potiùs aliquid docet operandum, speculativa verò cognoscit tantùm: sed quandoque sola cognitio melior est cognitione et operatione simul V.g. Cognitio Dei et mentis nostræ ipsa sola

cognè melior est quam cognitio et praxis Geometriæ aut arithmeticæ. Atque idcirèo malè concluditur practicam scientiam esse ~~melio~~ meliorem Speculativâ.

Instab. Duæ perfectiones meliores sunt unicâ. Ergo verùm est absolutè loquendo melius esse cognoscere veritatem et aliquid operari quàm cognoscere tantùm.

Resp. dist. ant. Duæ perfectiones sunt meliores unicâ, si perfectiones sint ubìque paris conditionis, et ordinis, Concedo. si non sint ubìque paris conditionis et ordinis, nego. quare nego coam: Equidem duæ perfectiones sunt meliores unicâ, si sint ubìque paris conditionis, V.G. Duæ operationes voluntatis circà idem objectum sunt meliores unicâ, sed duæ perfectiones non sunt meliores unicâ si perfectiones non sint ubìque paris conditionis et ordinis V.G. Duæ, imò ôes corporis perfectiones non sunt nobiliores cogitatione unicâ, malè proindè concluditur melius esse absolutè loquendo cognoscere veritatem et aliquid operari quam cognoscere tantùm

Finis Prolegomenorum Philosophiæ

Breuis Philosophiæ Historia

P. 1.

Sphæram a Deo ipso emanare supra ostendimus eamque Adamo hōum primo diuinitus fuisse inditam quo eruditore eam accepturi erant sine ullâ difficultate ac molestiâ hōes ejus posteri nisi ipsi peccauissent in parente suo adam. Peccato igitur hōis primi effectum est ut penè extincta ignotaque hōibus fuerit sapientia, et nisi filii suis veluti per manus tradidisset Adamus reliquam sibi rerum aliquot notitiam, inculta delectaque diu fuisset philosophia sed non levis est conjectura Adamum natos suos Sphæram docuisse; et ejus scholâ traditione longâ prodierunt, Abel, Seth, Henoch, Lamech, Noah, atque ista Sphæra inuenabula fuerunt talitaque facta est ejus ante Diluvium propagatio.

Renascente mundo per totum orbem diffusa est a Noachi filiis, ac posteris sapientia In

Hebreos præsertim et deinceps variis temporum intervallis in Caldeos, Phœnices, Ægyptios, Æthiopas, Indos, Persas, Græcos, Gallos, Celtas, et quidquid alibi mortalium fuit.

Prima hebreorum fuit Sphia sacra illa, vera, atque intemerata in quâ excellens Abraham, qui eam Caldeos et Phœnices quos inter vixit docuisse fertur. Suamque quoque Sphiam ab eo hauserunt Ægyptii, ad quorum Regem descendit ex Phœniciâ cum atrocissima fames totam regionem invasisset. Remansit aliquot sæculis licet annorum decursu fœdata multùm et contaminata Ægyptia cà Sapientia. Moses Sphiâ eruditus fuit. ad tempora usque Diocletiani Ægypti finibus clausa in marmore ibi honore fuit Sapientia.

Ex caldeâ et Ægypto pervenit quoque Sphia ad Æthiopas et Indos, quorum Sphi Gymnosophistæ sunt vocati, quod arboris tantùm cortices obtegerent partes operiendas, cætera nudi; eorum aliqui Brachmanes vocabantur, et inchis honorabilimi nõabantur hylobi, quod in hylais, ac loci desertis vitam agerent fructibus quæ eam ac frondibus sustinerent.

Manavit quoque a Chaldeis et Ægyptiis per orum Sphia. Marcescente animo ac paulatim contabescente imperii babilonici majestate, sensim quoque Sphiæ splendor evanuit, donec summa rerum cum ipsâ Sphiâ ad persas devenit, a quorum Magis sub hunc temporis Sphia decor restitutus est: hi persarum Magi divinas, humanasque res disciplinas diligentissimè excolebant, et occultas naturæ vires admirabiles scrutabantur.

Atque ut Pphia in mundi plagâ viguit orientali; ita nec occidentales nationes eâ carnisse sciendum est, habuerunt quoque Pphos suos Celtas, quos Bardos vocaverunt Scemnotheos; hi naturæ sublimia pandere conabantur. Habuerunt Galli suos Druidas, sic dictos quod nihil haberent sacratius quam quercus: ipsorum erat curas, et leges statuere, omnes vias dirimere, Juventutem rerum physicarum et cœlestium notitiâ imbuere. Universa hæc quam recensui tum sacra Hebræorum, tum profana aliorum scientia, barbarica a græcis dicitur, quod extrà Græciam nata sit et exculta. Ex Chaldæorum tamen, Phœnicum, et Ægyptiorum plagis sapientia fis Græcorum hausta est atque prognata. Quidquid enim scientiæ Græci habuerunt ex hebræorum scholis exhauserunt, in multis tamen erroribus fœdaverunt sinceram hebræorum pphiam.

Ex Chaldæis BELUS in Choo consedit, et Babyloniorum pphiam ac prædictiones præsertim Cælestes tantâ doctrinæ eruditione ut ei statuam dedicaverint Athenienses. Horum scholam de literas ejus in Græciâ scholas multo antè fundaverunt Phœnices. Cum enim Israelitis terram Chanaan occupantibus Phœnices plurimi sese receperint in Ægyptum, alii duce Elisâ, sive Didone in africam ivissent, Cadmus Agenoris filius in Græciam se contulit, et regnum cum pphiâ ac literis promovit ac transtulit hic Delphico Apollinis delubro agrestus, facto per agrum Phocensium itinere, cum bovem sibi obvium habuisset, sacrificavit eum Palladi, atque in eo loco urbem condidit, Thebarumque nomen a patriis thebis imposuit, inquâ urbe et regnum et sedem pphiæ fixit. Hebræorum ex Ægypto quoque Pphia in Græciam a multis traducta est. Solebant enim Græci in Ægypti Regionem sibi vicinam tanquam ad bonarum artium profectiones. Ita Plato a sacerdotibus

Ægyptiis institutus est, et imbutus Sophiâ. Celeberrima veterum Ægypti scholarum Coloniæ traductæ sunt In Ioniam, Rodum atque Asiam minorem. Cecrops ex Ægypto profectus in Atticâ regnum condidit. Danaus Argos venit, ibique literas ac Sophiam a Cadmo consanguineo suo paulo ante traditas, sed postea extinctas restituit. Ità tandem magnis laboribus ac pluribus itineribus, et ex diuersis coloniis ad Græcos translata est Sophia.

Apud ipsos verò diuisa Italia in sectas plures. Duæ insignes fuerunt, Italica et Ionica.

Italicæ Sectæ princeps fuit Pittagoras Mnesarchidis filii in Ægyptum navigauit ad Theologiam, Ægyptiorum ritus, mores que eorum cognosceret. Dein astrologiæ cupidus Babilonem se contulit, ubi Hydrorum custos fuit doctus. Spartam quoque adiit et in Cretam venit, ut Minois et Lycurgi celebratas ea tempore leges cognosceret. Tandem in patriam rediens Crotone propè Tarentum sedem suam posuit, et magno Auditorum concursu Sophiam professus est circà annum mundi 3515 vitam egit. Ex Insulâ Samo oriundus erat, unde dictus et Samius. Hic Ægyptiorum more veritatem figuris quibus dam veritatem proponebat. Solenne ipsi erat unitatem et numeros prima rerum principia statuere. Per unitatem Deum, per numeros Ideas diuinas intelligebat quod idem verò comparabat cum numeris, quod illæ infinitæ sint in Deo.

Celebris præsertim est Pythagoræ Schola, quod Metaphysicam impugnauerit, hæc est, transmigrationem animarum ex uno corpore in aliud. Inde fabulæ ut auctoritatem daret Pythagoræ, jactabat se filium Mercurii filium

tum Euphorbum, postea Hermotimum, deinde D
Delium piscatorem quendam nomine Pyrrhum,
tandem se esse Pytagoram. Abstinebat porrò
carnibus animalium, et a fabis eo quod arbitra-
retur hõum animas in corpora belluarum ire,
et fabam ex hõis sanguine ortam esse.

Pythagoræ successit Theloges filius, ei Xenophanes
hic Parmenides, Parmenidi Eleates, et postmodum Leusippus,
Democritus et Epicurus, in eâdem Scholâ docuerunt. Si
credamus Diogeni Laërtio. Verum horæ posteriores
ipsos ad Eliaticam sectam revocant plurimi, quamvis
Xenophane ex iste dicunt; narrant enim hunc
patriâ missum in Siciliam vicisse circa Olympia-
dem Lxxxvi^esimam. Cum Tarquinius superbus regnum
tenebat apud Romanos, et cum tredidisse dogmata
contraria tùm Pythagoræ principi sectæ Italicæ
tum Thaletæ qui duxit sectæ Ionicæ; Ejus-
auditorem fuisse volunt Parmenidem, Parmenidis
Melissum Samium, hujus vero discipulum Zê-
nonem Eleatem, item in hâc Scholâ adolevisse
Leusippum, Democritum, Protagoram, Pyrrhonem
et Epicurum quibus adnumerandi sunt Empedo-
cles et Heraclitus; sed hi quia præcipuè non ad
sectam Italicam videntur pertinere, quia præ-
sertim Pythagoricos eos fuisse refert Diogenes
Laërtius. Attamen quia non õinò conveniunt
in doctrinâ hâ cum Pythagora. Aristoteles eos
non recenset inter Pythagoricos, sed Jonicis
adjungit.

Jonicæ sectæ originem dedit Thales unus è sep-
tem græciæ sapientibus; hic ortus est ex Phœni-
ciâ circà annum mundi 3414. In Joniam
venit, et Mileti quæ urbs est Joniæ caput
doctrinam suam vulgavit, undè Milesiæ

fuit appellatus. Physica præsertim dubat operam ōi-
um primus Astronomiam in Graciam introduxit,
et annum apud Græcos in sua tempora distinxit:
hanc suam Scientiam ab Ægyptiis et Phœnicibus dis-
cisse fertur. Aquam putauit primum esse rerum
elementum. Ejus Sectatores fuerunt Anaximander,
Anaximenes, Anaxagoras dictus Clasomenius, qui
primus Scholam è Mileto Athenas adduxit, et
Archelaus Atheniensis præceptor Socratis, in quo
tandem desiit Secta Ionica, quoniam ipse assec-
tor et patronus Sectæ alterius.

Ambæ Sectæ Italica et Ionica, aliquando com-
prehenduntur, sub unâ quæ vocatur Dogmatica
quæ comprehenditur Physi, qui contendunt ve-
tam assentos esse de aliquâ ex parte; huicve
opponitur Secta academica quæ res oēs in dubium
vocat.

Secta hujus academicæ dux fuit Socrates,
In atticâ natus circà annum mundi 3600. hic ad
naūalis Scientiæ investigādam studia prima hi-
entiæ convertit; sed ætate provecta Moralem
Scientiam assiduè coluit, et de moribus ōium
primus inter Græcos publicè disseruit, non præcepta
tantùm et regulas rectè vivendi definiendo, sed et
exemplo suo confirmando quidquid suadebat. Vir e-
nim fuit temperans, Castus, Æquus, Modestus,
neque opum, neque voluptatum, neque gloriæ
appetens; docere solebat, ut de eo narrat Sanctus
Augustinus, veram Physicam nonnisi mundatâ mē-
te posse comprehendi. Catervum hanc Physandi
Methodum habebat ut nulli parti in disputando
se adjungeret, nihil affirmaret ipse ne fefelleret
alios, et postquam diu multumque in disputando
desudauerat, concludere tandem assolebat

nihil se scire nisi se nihil scire. Scripta nihil reliquit Socrates, sed Plato et Xenophon ejus sphiam variis in operibus explicaverunt.
Ex Socratis scholâ prosemînatæ sunt quasi innumeræ sphorum sectæ, ac Academici, Cynici, Platonici, Peripatetici, Stoïci, et Epicurei qui dos ese Socraticos dixerunt quamvis multis in capitibus a Socrate descivêrunt et contrariam dis putandi rationem, hoc est, certam, firmamque unius scientiæ asserendæ methodum uli qui saltem fuerint ampleni.
Academicorum princeps fuit Plato ab humerorum latitudine sic dictus. Cum antea ex avi nomine vocaretur Aristocles. Natus e Athenis anno 362 b. tantâ sermonis copiâ, et suavitate fuit preditus, ut dictum fuerit a quibusdam Jovem si Græcè loqueretur, non alio usurum sermone quam Platonis suisse doctrinâ ôrgenâ cum singulis contendit et dos sphicas partes in unam conjunxit. Cum dos alios sphos in unâ tantum scientiâ excellere animadverterent vel in naturæ scientiâ ut Tales, vel in doctrinâ morum ut Socrates, vel in Dialecticâ ut Zeno; ad quam finis dam platonis scientiam non mediocriter contulerunt præceptores variarum sectarum quibus usus est. Socratem primum audivit octo annos post ejus mortem Cratylo Heraclitî discipulo, et Hermogeni qui Parmenidis Sphiam sequebatur ese discipulum adjunxit. Sed sphos puriores audius Italiam petiit Pytagoræ placita doctum: Inde in Ægyptum se contulit. In eâ commoratus est studio cognoscendi Hebraïcas multas traditiones: atque exinde plurima sphi[illegible] sua principia, de Universi Origine et intimis rerum, de animæ naturâ et

De Deo, & Dæmonibus &c. vel immediatè a Judæis vel mediante aliquo interprete Platonem deprompsisse extrà dubium est; ab Ægypto ad Tarentum in Italiam iterùm vectus, indeque in Græciam reversus est, ubi in Academiâ ne nunc quidem Athenarum suburbano Sphari solitus erat. ab hoc loco nomen datum est his qui platonem sequuti sunt.

Miscebat Plato Heraclitorum, Pytagoricorum, et Socraticorum sphiam. In iis quæ sensibus percipiuntur partes tuebatur Heracliti: In iis quæ ad intellegentiam pertinent, Pytagoræ acquiescebat: In civilibus et moralibus, Socratem amplectebatur. Multa de Deo præclarè disserit Plato, quoniam in Ægypto cum sacerdotibus Hebræis diù commoratus est a quibus doctrinam de Deo sinceram reportavit. Successit Platoni in Academiâ ejus ex sorore nepos Speusippus, quem excepit Xenocrates Atheniensis Arcesylæ præceptor; et hinc usque pullulavit Academia vetus, retentâ primi magistri sententiâ ad finem usque anni 3700.

Cynicæ sectæ autor fuit Antisthenes Atheniensis. Narrante Diogene Laërtio quotidiè quadraginta stadia metiebatur studio ut Socratem audiret. Sed magis amans in præceptore constantiam vitæ et rerum quam liberam et solutam in quamcunque partem disserendi consuetudinem platoni

probatam; eo vigoris processit, ut ōia admordere et reprehendere aggrederetur, id quod imprimis fuit Auditor ejus Diogenes Synopensis, qui cum difficili et agresti atheniensis naturæ atque indoli suam adjunxisset imprudentiam omnia insectabatur, omni loco et tempore unde et nomen Canis ei est inditum. Atque inde putant multi Cynicæ Sectæ nomen esse profectum; quemuis alii malint deffe deductum a Gymnasio Cynosarge Antisthenis, quod Cynos Argos fuit appellatum teste Diogene Laërtio. Cynici ſphi vēm præter scientiam morum rejiciebant ſphiam.

Florente Sectâ Academicâ et existente Sectâ cynicâ, nova exorta est Peripatetica hujus princeps fuit Aristoteles Nichomachi filius genere macedo, patriâ Stagirites, Amyntæ medici pronepos. a puero bonis artibus eruditus; Socratem audivit biennium, eoque defuncto platonem secutus est annos atatis 17. In cujus academiâ duos annos assiduum auditorem egit, et toto illo tempore diligentissimus fuit in evolvendis ſphorum scriptis, veri que indagandi maxime fuit cupidus, Ita factum est ut inter alios Platonis discipulos multum emicuerit et a Philippo Macedonum rege filio suo Alexandro præceptor fuerit elatus. Vir fuit admirabili ingenio, multaque doctrinâ præditus. Etiam antè Sphorum dogmata didicerat, correxit quidquid in iis improbabat, et abipso quoque magistro suo Platone, in multis

recessit. frequenter dicere solebat, Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas. Plurimi verò gloriæ amantiorem fuisse ajunt, Aristotelem qui gloriæ suæ amantissimus erat, iniquæ mentis fuisse in referendis Pythagorum opinionibus, atque errorem aliquando ubi non erat error, refutare voluisse.

Commoratus est Aristoteles in Macedonia annis 8. et inde in atticam athenas migravit, ubi platonem audierat, ab Atheniensibus vocatus. Cum autem se absente Academicæ Scholæ præfectum fuisse Xenocratem condiscipulum suum audivisset, moleste ferens eum loqui se verò tacere, Elegit Lycium in quo ambulando docebat, hincque peripateticus dictus est ejus sequaces vocati sunt peripatetici. Alii tamen ut Diogenes Laërtius id circo sic vocatum Aristotelem asserunt, quod ægritudine convalescenti et deambulanti Alexandro assistens, quædam differere solebat.

Libros multos composuit Aristoteles, quorum summam ad 400 produxit Diogenes Laërtius in ejus vitâ, sed horum major pars periit. ad quinque classes revocati sunt libri omnes qui supersunt, prima Classis Poeticæ, et Rhetoricæ

scriptionem continet, Secunda disserendi præcepta; tertia Moralem, civilemque doctrinam, Quarta res naturales seu physicas quinta complectitur res grales, aut vagas, libris verò qui tales sunt Indidum est Nomen metaphysicorum, propterea scilicet a Physicis libris locum occupaverint In singulis libris quos de philosophia composuit, ut multa sunt laude digna, sic non desunt plurima quæ meritò reprehendas Maximum mihi videtur ejus philosophiæ vitium quod res dees vel magis inscrutabiles ad examen rationis vocet Aristoteles.

Aristoteli successit in Lyceo Theophrastus cique secundum temporis seriem aliquam successerunt Straton, Lycon, Crytolaüs, et Diodorus

Isdem ferè temporibus exorti sunt Stoïci et Epicurei.

Stoïci dicti sunt a Stoâ, sive porticu Atheniensi, ad quam convenire disputaturi solebant. hujus sectæ author fuit Zeno ex oppidulo cypri ortus Athenas navigavit huc, ut aliqui volunt mercandi gratiâ, sed cum naufragium fecisset in posterum se philosophiæ addixit. Initio quidem Crateris Pythi Cynici audtor fuit sed verecundiæ prohibitus ne ad impudentiæ

cynicam accederet, aliis se magistris addixit, Stilponi scilicet Xenocrati, Polemoni, aty; diu cum iis conuersatus ex asilium ipse habuit sectam nouam instituendi, ꝑphicæ præsertim morali addictus erat, eamque moribus suis referre satagebat. Quamobrem fuchum fuisse videtur ut raro in id genus hominum honore aureâ coronâ, statuâque æreâ ipsum ornauerint Athenienses. Secta Scoïcorum breui creuit, ingenti eorum numero qui non ex atticâ solum, sed ex Græciâ totâ ad Zenonem confluebant. Ei in Græciâ successerunt Cleantes, Chrisippus ꝑphorum ꝺium acutissimus, Diogenes Babiloneus, Antipater Sidonius Panetius, Cato, Varro, Antonius, Imperator, Cicero, Seneca.

Epicurei a magistro suo sic vocati sunt, horum qui ꝑ se dux fuit Epicurus, patriâ Atheniensis anno circiter 3612. natus, à Democrito hausit suæ Physicæ principia Anaxoram nonnihil quoque sequebatur, et si illi in quibusdam contradixerit. Scholam suam tenuit primùm Mytilenæ et Lampsaci, Demùm Athenis in horto quodam. Epicuri ꝑphiam eleganti carmine latinè scripsit Lucretius, breui tamen Epicuri ꝑphia, non minus quam qualibet alia vetus effata tandem fuit est.

Interim verò dum illæ sectæ Athenis viguerunt, Socratis ꝑphia neglecta est in

in Academiâ ab Archesilâ. Hic igitur novæ Academiæ instaurator fuit; atque Socratis opinioni hoc addidit, ut non modo nihil sciri affirmaret cum Socrate, sed ne ullam quidem rem sciri posse contenderet; hinc Academici novi Academici vocati sunt, quasi dicerent qui nihil omnino posse se comprehendere profiterentur. Archesilæ suffragati sunt plurimi, at præcipuè Carneades, qui Romæ magnâ cum eloquentiâ recentiorum Academicorum doctrinam explicuit, Ibique sequaces habuit Clitomachum, Philonem, et Antiochum à quibus eruditus est Cicero.

Sequentibus vero temporibus post Christi adventum doctrina Platonis ad octavum Ecclesiæ à Christo nato sæculum primas sedes tenuit. Ei quippe sancti Ecclesiæ Patres in multis adhæserunt Justinus martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Basilius, Gregorius Nazianzenus, et inter alios sanctus Augustinus, qui multis eam partibus amplificavit, et ad explicanda Christianæ legis dogmata utilem præ cæteris esse comprobavit.

Sed circà finem octavi sæculi et initio noni Arabes, qui duce Mahomete propè universum orbem ferro, flammâque vastaverant, quippe tum Africam tenebant, Aristotelis doctrinam studiosè sopitam ~~excitavit~~ excitarunt, et scholas instituerunt

publicas, ubi ipsius libri legebantur, idque per annos circiter 400. restitutum est quibus plurimi Arabes magnam scientiæ famam adepti sunt.

Deinceps verò in Europam, et in galliam nostram transmigravit Aristotelis ꝑphia, non sincera illa, et qualis ab auctore suo relicta fuerat: sed deformata et translata primùm in Latinum sermonem corruptum, atque de latino sermone in Arabicum; sicque vitiata Aristotelis ꝑphia doceri cœpit in scholis parisiensibus, tantâ jactantiâ et tyrannide ingeniorum, ut in votis esset apud eos, qui studebant ꝑphiæ eamque profitebantur, non tam scire in quo consistat veritas rerum quam quid opinatum ab aristotele fuerit, super unâquâque re, aut commentatum ab ejus interpretibus Arabibus, qui Aristoteli auctoritate adæquabantur, quamobcausam qui deinceps docuerunt in Parisiensibus scholis non assumpserunt non ꝑphorum sed commentatorum, quamvis si commentatores nihil plerumque magis minùs explicarent, intelligerentque quam eum cujus se dicebant interpretes. Attamen variâm identidem fortunam est experta Aristotelis ꝑphia, modò prosperam et præclaram, modò adversam et ignominiosam, quam narrat Conringius libro super eâ re scripto Subtili ꝑphandi Methodo cum laude Parisiis imbuit, circa medium duodecimi

saeculi Petrus Lombardus Episcopus parisiensis, qui ob collectas sanctorum Patrum circa fidei Christianae mysteria sententias in quatuor libros magister Sententiarum cognominatus est. In hoc Sententiarum libro commentarios suos ediderunt fere omnes fere Theologi.

Tres deinceps in academiâ parisiensi floruerunt sectae Scholasticorum seu novorum peripateticorum.

I.a secta est Thomistarum, qui ducem sequebantur sanctum Thomam Aquinatem, patriâ Neapolitanum, professione Dominicanum, qui propter ingenii magnam vim, et doctrinae huius integritatem et excellentiam appellatus est doctor Angelicus. florebant Lutetiae Parisiorum circa medium decimi tertii saeculi.

II.a Secta est Scotistarum qui ducem habent Joannem Duns natione Scotum, Instituto minoritam, cognomini natum doctorem subtilem, qui etiam docebat Parisiis circa finem decimi tertii saeculi, et initio decimi quarti.

III.a Secta est Ockamistarum, seu, ut vulgo loquuntur Nominalium, quorum dux fuit Guillelmus Ockamus, natione Anglus, ordinis Patrum minorum, et Scoti discipulus, qui celebris fuit in academiâ parisiensi anno circiter 1320.

Postremo saeculo tandem proximè decurso prodierunt multi magni nominis Scriptores, qui excusso Aristotelis, ejusque

sequacium jugo tobis viribus contenderunt, ut majora in dies ornamenta acciperet sphia, quæ sterilis diu fuerat, et infœcunda novorum Inventorum. Inter viros de sphiâ magis meritos commendantur Gassendus presbiter et Cartesius qui ambo nomina sua dederunt duobus sectis celebribus sphorum.

Petrus Gassendus Præsbiter et præpositus Ecclesiæ Diniensis, oriundus erat ex provinciâ In academiâ professor fuit Mathescos. Studuit imprimis Restaurandæ sphiæ Epicuri, quam emendavit in iis vitiis in quibus intemeratis fidei principiis adversatur, et inventis plurimis aucxit mirificè auxit. magnâ pollebat politiorris et exquisitoris litteraturæ peritiâ; studuit præsertim evolvendis atque explicandis sphorum veterioreum opinionibus de Deo, de Deo, de humanâ mente, de beatitudine quâ in re difficillimâ successum habuit non satis laudandum. Obiit parisiis circa finem mensis novembris ann. Dñi. 1656. et conditus est in Æde S.ti Nicolai de Campis intrà sepulchrum viri nobilissimi et de litteris optimè meriti Henrici Ludovici Abert de Mommort libellorum supplicum magistri, ubi legi potest ejus epitaphium

infrà marmoream ejus effigiem.

Renatus des Cartes Dominus de Perron ex gente nobili apud armenios ~~ortus~~ oriundus; natus est a gente Curonum initio sæculi proximè elapsi, studuit Flexiæ: perfectis verò studiis in Germaniam castra secutus est; ubi aliquando quievit per hyemem, meditationibus Physicis vacare cepit: deindè in Batauiam profectus totus deinceps Physicæ addixit. Eandem vocatus a Christinâ Sueciæ Reginâ Sapientissimâ occubuit anno 1650. mense februario ætatis suæ 54. magnifico ibi tumulo fuit donatus sed post annos 17. ejus cineres è sepulcro eruti Parisiis adducti sunt, postulante Ludovico Decimo quarto Rege Christianissimo In ædæ Sanctæ Genovefæ positi sunt, ubi duo Epitaphia honorificentissima alterum latinum alterum Gallicum infra ejus effigiem legentur

Analysis Sphiæ in genere.

Quinque ad summum quæ vi possunt de Sphiâ in genere. quid sit, ubi de nominatione et naâ præsertim an sit ubi de existentiâ, cur sit ubi de causis. qualis sit, ubi de proprietatibus demùm quotuplex sit ubi de Scientibus et Judiciis videnda agitur.

1.° Naturam Sphiæ duplici definitione solutam vel enim dicitur scientia rerum divinarum et humanarum per causas, vel cognitio vera certa et evidens rei neariæ per causas. Porro utraque definitio bona est sed in eo differunt quod prior competat Sphiæ collectivè sumptæ, posterior verò distributivè.

2.° Sphiæ existentiam pro palam positam quia existit cognitio vera certa et evidens rei neariæ per causas. Demonstratur deinde sensus non esse notam veritatis quia non habent conditiones requisitas ad ipsam, sed evidentiam solam esse Judiciorum nostrorum

regulam ut pote quæ cognata est cum veritate nota ipsa per se et mensura veritatis gratissima

3.° Inter proprietates ℔phicæ annumerantur ejus perfectio et utilitas. Porrò perfectum aliquid dici potest modis duobus vel essentialiter vel integraliter unde ℔phia nostra perfecta quidem est essentialiter quia est cognitio vera certa et evidens Sed non integraliter quia non est cognitio rerum prorsus dium et secundum omnes modos quibus eæ cognosci possunt. neārium itidem dicitur duobus modis vel simpliciter vel secundum quid equidem ℔phia nostra est neāria secundum quid ōibus hōibus quia utilis est ad bene beateque viuendum Sed tamen non est neāria simpliciter quia absque illâ quis potest bene viuere.

4.° Causæ ℔phicæ rectè annumerantur quinque scilicet finalis, efficiens, materialis, formalis et exemplaris.

Porrò causa finalis sēu finis duplex est, finis cui et cujus gratiâ.

Finis cui ℔phicæ est hōs quia ℔phia cedit in commodum hōis.

finis cujus gratia est cognitio veritatis praxis virtutis et quælibet operā præclara quæ per se ℔phia tendit ad cognitionem eæ

Causa efficiens itidem duplex est prima et solus est Deus secundæ sunt quæque ii qui scientiam aliquam ex parte comparārunt ex quo sequitur conclusiones neāriâ 1.° adamum habuisse ℔phiam quia id ipsum testantur Sacra

litterae et probabilissimae suadet ratio 2.° ipsius
Sphiam ipsi fuisse infusam quia nec inventione
nec doctrinâ habuit. 3.° eam fuisse perfectam et
discursivam quia utramque habere adamum
decebat. 4.° ipsam mansisse in gratâ sanctâ
et electâ adeo quia adamus illam natos
docuit et nati nepotes hos. sed tamen apud
Gentiles ignoratam diu neglectamque fuisse
quia constat initia habuisse hae doctrinae
longè recentiora prima hac origine quam
sequentibus temporis admiratione commoti
et experientiâ insultati recuperarunt.

Causa materialis tripler est ex quâ, in quâ
seu subjectum et circà quam sive objectum.
Sphia distributivè sumpta nulla est materia
ex quâ quia partes nullas habet. Ejus demcollec-
tivè sumptae aliqua nominari potest nempe
partitio in plurimas disciplinas. subjectum
dupler est inhaesionis et denominationis. mens
hois est subjectum inhaesionis quia Sphia
recipitur in mente hois, at hoc est subjectum
denominationis quia a Sphiâ denominatur Sphus. Objec-
tum dupler est materiale et formale ex
quibus ex exurgit objectum totale seu
adaequatum. Objectum materiale Sphiae
sunt res naales quia Sphia versatur 1.° circà
circà res naales. ejusdem formale est eui-
dens cognoscibilitas quia est ratio specialis
quâ Sphia attingit res naales. Denium tota-
le seu adaequatum Sphiae objectum est
utrumque simul quia exurgit ex utroque.
Causa formalis Sphiae distributivè sumptae
nulla est quia simpler est mentis affectio,
proindeque nulla potest esse dispo. ejusdem collectivè
sumptae aliqua esse potest nempe partitio

in plurimas disciplinas.

Causa denique exemplaris propriè loquendo locum non habet in ſphia quia ſecundum propoſitum exemplar fingi non poteſt niſi quis voluerit exemplar illud eſſe ſcientiam Dei cui conſimilis eſſe debeat nostra ſcientia.

Quod attinet ad ſpecies ſphiæ, ſpectari ipſa poteſt duobus modis vel rãone ſui vel rãone horum qui dicuntur ſphi. in ſphiâ rãone ſui conſiderato duo ſecerni debent finis et objectum. ex his duobus petitur unitas et diſtinctio ſphiæ quæ duplex eſt generica et ſpecifica. vnitas et diſtinctio generica a fine repetitur duplex autem eſt finis ſcientiæ vel contemplãõ vel praxis; unde diſciplinæ practicæ a ſpeculativis differunt. unitas et diſtinctio ſpecifica petitur ab objecto formali quinque autem recenſentur objecta ſphiæ formalia a quibus petitur hõ diſcrimen ſphiæ dividendæ rão. Rãone diuerſorum objectorum ſphia ſpeculativa in duas partes. practica ihdem ad utramque Matheſis pertinet, unde à quinque diſtinguuntur ſphiæ partes ſcilicèt Logica, Metaphyſica, Moralis et phyſica et matheſis. Alia aſſumi ſolet ex Ciceronè diuiſio ſphiæ in nãalem, rãonalem, et moralem. oĩmoda autem ſphia vel eſt habitualis vel actualis ex quibus ſequitur ſphiam rectè diuidi in ſpeculativam et practicam tanquam in ſua genera quia finis ſphiæ duplex eſt ſcilicet ſpeculãõ et praxis. porro ſpeculativa in phyſicam et metaphyſicam, practica verò in Logicam et moralem rectè diuiditur, quia duplex eſt objectum formale ſcientiæ

Speculativæ. Duplex itidem scientia practicæ
ad utramque pertinet Mathesis unde scientiæ
practicæ et Speculativæ tale variis mutuo
nominibus antecedunt quia dispares habent
dignitatis et excellentiæ gradus.

Ultimo demum loco attexitur brevis Philosophiæ
historia in quâ leviter recensentur ea
ad adamum usque Philosophiam
verè a Deo ipso amanuense
inconcussum esse nullus
est qui non
fateatur

Finis Analysis Philosophiæ in Genere

Logica

1716

Proœmium De Logicâ generatim.

HAC potissimum utilitas est in sermone de disciplinâ quâpiam in genere ut doceat ejus naturam propriam, modumque definiat quo distribui et tractari ea possit. hîc quatuor movebimus quæstiones de Logica in genere.

Prima erit de naturâ et nomine Logicæ.

Secunda de ejus existentia.

Tertia de ejus proprietatibus.

Quarta de ejus divisione.

Quæstio Prima

De Nomine, et Naturâ

Logicæ.

Logicæ nomen derivatur a voce græcâ λογος quæ cogitationem et sermonem cogitationis notam significat. Sed a cogitatione potissimum Logicæ nomen primæ parti Philosophiæ inditum est, ad nostras quippe cogitationes dirigendas, principaliter refertur hæc disciplina aliis duobus nominibus donatur, eadem disciplina Dialectica appellatur et organum.

Dialectica vocatur a verbo græco διαλεγεσθαι, quod etsi idem ac probabiliter disputare; frequentius tamen significat disserere, et ratione uti, unde quamvis hoc nomine ea designari Logicæ pars quæ modum docet disserendi de rebus propositis (hoc quippe Dialecticæ officium est secundum Aristotelem) totâ tamen Logica hac voce aliquando intellecta est.

Organum quoque ab Aristotele appellatur, sive

instrumentum eo quod aliarum disciplinarum veluti jamque haberi possit.

Nunc vero quoniam ex bene inspectâ rei definitione ejus natura intelligitur, definienda Logica est.

Convenientissime a plurimis definitur Logica recta rão cogitandi, addi potest ratiocinandi, seu loquendi accuratè.

1°. Rão idem modus et ordo quidam gallice, maniere. 2°. cum enim rectum a regulâ videatur dici, certoque regulis Logica contineatur, non immerito appellatur recta. 3°. cogitandi; hoc est cognoscendi seu percipiendi, judicandi, ratiocinandi, et disponendi. Non tamen Logica modum invenit et fecit quem a naturâ ipsâ habemus, quae nos rationis usu donavit sed ipsa potius tota innititur observationibus cogitationum quas naturâ duce ac veluti sponte homines eliciunt, ex quâ inspectione et recognitione cogitationum orta est disciplina Logicae. 4°. atque etiam sermocinandi seu loquendi, neque enim in eo solo posita est Logica ut tradat praecepta recte cogitandi, sed regulam etiam hõibus prescribit, suas cogitaões stricto sermone aliis manifestandi. Primario quidem est rão recte cogitandi, secundario vero et propter conditionem hõum, ars etiam est disserendi; enimvero cum hõo. hõis alterius cogitaões nisi ea aliquo modo significentur, non cognoscat, incassum ad ineundam et servandam hõum societatem, cogitaões intra mentem nostram ordinarentur, nisi earum signa in legitimo quoque ordine patescent.

Atque hac Logicæ definitio, eò ea accepitur quod adhuc
ehs Pphorum contentionibus minùs sit obnoxia, siue
enim velint Logicam esse scientiam, sive artem esse
malint; aut si quod aliud ea disciplinæ genus; at
hoc negare non possunt eam dici recte ratiõem, quæ
ars et ea scientia rãe demonstrandi, et ars ea rãe
aliquid faciendi.

Verùm consuetudini parendum est, vulgarisque asse-
renda est Logicæ definitio quâ definitur ars et scientia
practica directrix cogitandi mentis ad veritatem.

Quâ in definitione genus et differentiæ distinguendæ sunt;
Genus, hoc est, pars Logicæ communior, quâ cum aliis disci-
plinis convenit, et differentia seu pars illius specialior
et distinctiva.

Caput Primum.

De genere Logicæ.

Omnis pphia pars ad aliquot habitus mentis
tanquam ad suum genus refertur.

Quinque autem mentis habitus seu virtutes distin-
guunt ab Aristotele, Intelligentia, sapientia,
scientia, prudentia, et ars. quem numerum proba-
re hoc argumento solent Peripatetici.

Omnis virtus mentis vel discursiva est vel non.
si non est discursiva, intelligentia est, si discur-
siva, est scientia propriè dicta; eaque vel practica
est, vel speculativa; si speculativa est, vel res al-
tissimas attingit, estque sapientia, vel res inferi-
ores considerat, et scientia peculiari modo nominabo.

Demum si practica est vel est activa seu versatur circa actionem et dicitur prudentia, vel effectiva et ars appellatur.

Quanquam fatendum est divisionem hanc non de generis in species oppositas, sed potius divisionem rei in suos modos: nam eadem disciplina rationem habere potest plurium istorum habituum. Sic moralis scientia, est simul intelligentia, scientia, et prudentia. vide in compendio Logicæ definitiones horumce habituum.

Logica ad scientiam et artem tanquam ad genera aliqua sua referri solet. Omitto Logicam aliquâ ex parte revocari ad Intelligentiam, nulla quippe scientia est quæ intelligentia subjecta non sit tanquam in communi parenti suis doctrinæ.

Conclusio Prima.

Logica est scientia propriè dicta.

Probr. Scientia propriè dicta est cognitio vera certa, et evidens rei necessariæ per proprias causas.

Atqui Logica est cognitio vera certa et evidens rei necessariæ per proprias causas. Est vera quia est consentiens cum objecto suo; falsæ enim si in Logicâ traduntur præceptiones, ea non sunt ipsius Logicæ, sed eorum qui eam tradunt. Est certa quia est firma et constans. Est evidens quia objectum suum manifestè representat vel in se immediatè, vel in

alio cum quo evidenter connectatur. Et rei necessariæ cognitio, nam V. G. Necessariò constat definitio ex genere et differentiâ, argumentatio ex antecedente et consequente. postremò est cognitio per causas, quas enim regulas de dirigendis ad verum mentis cogitationibus tradit Logica, eas rationibus evidentibus comprobat. Definitionem V. G. docet ex genere et differentiâ constare debere, quia definitio naturam rei explicat.

Ergo Logica est scientia proprie dicta.

Responsiones ad Objecta.

Objicies 1°. Scientia habet objectum necessarium. atqui Logicæ objectum non est necessarium.
Ergo Logica non est scientia.

Resp. dist. maj. eo quo supra modo ubi de existentiâ Physicæ. Scientia habet objectum necessarium secundum essentiam, Concedo. Scientia habet objectum necessarium secundum existentiam, nego. Similiter distinguo min. objectum Logicæ non est necessarium secundum existentiam Concedo. secundum essentiam, nego. unde nego consequentiâ. positâ igitur divisione essentiæ et existentiæ quam loco dicto explicui. fateor objectum Logicæ non esse necessarium secundum existentiâ, nam quemadmodum mens nostra, ita et nostræ cogitationes contingenter existunt. Sed nego objectum Logicæ non esse necessarium secundum essentiam, nam quod definitum habet perfectionum sibi essentialium connexionem, Illud est

necessarium secundum essentiam; atqui cogitaões mentis quæ sunt objectum Logicæ definitam habent attributorum sibi essentialium connexionem, ità ut uno tantùm modo se habere possint, V.G. Definitio rei fit ex genere et differentia essentialiter secundùm genus et differentiam. Ergo objectum Logicæ est necessarium secundum essentiam: ac proinde male concluditur Logicam non esse scientiam.

Inst. Cogitaões mentis possunt vel bene vel male fieri:

Ergo cogitaões mentis non sunt necessaria secundum essentiam.

Respond. Dist. ant. Cogitaões mentis possunt vel bene vel male fieri, ità tamen ut cum male fiant non sint tales quales nominantur, Concedo. secus, nego. Ergo cogitaões mentis non sunt necessariæ secundum essentiam, nego consequentiam. Cogitaões mentis possunt vel bene vel male fieri, ità tamen ut cum male fiunt non sint tales quales nominantur. V. g. Syllogismus potest inter argumentandum a nobis componi ex tribus terminis; sed syllogismus ex quatuor terminis constans, non est syllogismus, sed congeries tantùm multarum propositionum sine connexione necessariâ. Idem de cæteris cogitaõibus dicendum est. atque adeò male concluditur cogitaões mentis non esse necessarias secundum essentiam.

Inst. Illud ex se potest vel benè vèl malè

fieri, ita ut cum malè fit, sit tale quale nominatur de quo conficiendo dantur præcepta.

Atqui dantur præcepta de conficiendis cogitationibus mentis.

Ergo cogitationes mentis ex se possunt vel bene vel male fieri, ita ut cum malè fiunt sint tales quales nominantur.

Resp. dist. maj. Illud ex se potest vel bene vel male fieri, ita ut tale fit, sit tale quale nominatur de quo conficiendo dantur præcepta mutabilia, concedo. de quo dantur præcepta immutabilia et necessaria, nego. similiter dist. min. et nego consequentiam. Præcepta quæ traduntur sunt duplicis generis vel mutabilia vel immutabilia. Præcepta mutabilia sunt ea quæ fundamentum non habent nisi in voluntate hominum qualia sunt Præcepta Grammaticæ. Immutabilia præcepta sunt ea quæ in ipsâ rerum faciendarum naturâ veritatem suam summique fundamentum habent, ut præcepta Geometriæ et Arithmeticæ. Equidem illud ex se potest vel bene vel male fieri de quo conficiendo dantur præcepta mutabilia; sed illud non potest ex se vel bene vel male fieri de quo conficiendo dantur præcepta immutabilia. Porro præcepta quæ a Logicis traduntur de cogitationibus mentis immutabilia sunt. Nam præcepta immutabilia sunt ea quæ suam veritatem summumque omne fundamentum habent in ipsâ rerum naturâ. atqui præcepta Logicæ sunt hujusmodi, v. g. Illud Præceptum. Syllogismus constat ex tribus terminis, fundamentum suum habet in naturâ Syllogismi, qui ex probâ sive affirmans sive negans unius de alio per aliud. Ergo præcepta Logicæ sunt

immutabilia; ac proinde male concluditur cogitationes mentis posse ex se vel bene vel male fieri, ita ut cum male fiunt sint tales quales nominantur.

Inst. Frustra dantur praecepta de rebus quae ex se non possunt nisi bene fieri, cum enim nomisi uno modo fiant non est metuendum ne male fiant.

Ergo si dantur praecepta de cogitationibus mentis concludendum est eas ex se posse vel bene vel male fieri.

Resp. Dist. ant. frustra dantur praecepta de rebus quae non possunt nisi bene fieri si eae res ipsae in se tantum spectentur, Concedo. si earum executio spectetur, nego. Res igitur spectari possunt vel in se vel secundum executionem quae a nobis pendet. Equidem quod ad res attinet quae non possunt nisi bene fieri frustra de iis dantur praecepta, si eae in se tantum considerentur Sed non frustra de iis dantur praecepta si spectetur earum executio quae a nobis pendet a nobis plerumque aberrantibus a fine et modo rerum conficiendarum. non igitur frustra dantur praecepta de cogitationibus mentis propter ipsas solas in se consideratas, sed propter earum executionem quae a nobis pendet.

Objicies 2°. Illa disciplina non est scientia cujus praecepta sunt errori obnoxia.

atqui Praecepta Logicae sunt errori obnoxia; Illud V.g. ex pueris negantibus propositionibus nihil concluditur, errori obnoxium est.

Ergo Logica non est scientia.

Resp. neg. min. In cujus probationem male affertur

hæc syllogismorum regula ex duobus propositionibus negantibus nihil concluditur; Verissima quippè est hæc lex: nam in præmissis negantibus majus extremum et minus extremum separantur a medio. atqui ex eo quod duo extrema ab aliquo tertio sejuncta sint non sequitur ea esse vel conjuncta inter se, vel a se invicem divisa, quemadmodum ex eo quod duo non sint alicui tertio æqualia, concludi non potest ea esse inter se vel æqualia, vel inæqualia. Ergo verissima hæc lex est: ex puris propositionibus negantibus nihil concluditur, atque adeo minimè demonstratur Logicæ præcepta esse errori obnoxia.

Obj. min. sit iste syllogismus.

Qui non colit Deum, non salvabitur
atqui Impius non colit Deum
Ergo impius non salvabitur.

atqui hic syllogismus est ex puris negantibus, et benè concluditur.

Ergo falsa est hæc lex de syllogismo ex puris negantibus propositionibus nihil concludi.

Resp. admisso syllogismo neg. min. secundum primam partem. Sic quippè syllogismus non constat ex puris negantibus propositionibus; nam minor syllogismi propositi tametsi secundum verba videatur negans, reipsâ tamen affirmans est, licque est intelligenda; atqui Impius est qui non colit Deum adeo ut ejus subjectum sit impius attributum vero id continens hanc propositionem involvens, qui non colit Deum. Nam cum syllogismus sit in primâ figurâ, necesse est ut medius terminus sit

subjectum majoris propositionis et attributum minoris. atqui majoris propositionis subjectum est is qui non colit Deum. Ergo pariter attributum minoris propositionis est is qui non colit Deum. Quapropter iste syllogismus non constat ex duabus propositionibus negantibus.

Objicies 3.° Modus sciendi non est scientia, absurdum enim est idem esse simul scientiam, et modum sciendi.

Atqui Logica est modus sciendi utpote aliarum scientiarum organum

Ergo Logica non est scientia.

Resp. neg. maj. Nam habitus qui ōes quas tradit regulas rationibus evidentibus confirmat, est scientia. atqui modus sciendi, hoc est, habitus illa mentis qui modum docet cogitandum mentis dirigendarum ad veritatem, quippe Logica est, praeceptiones ōes suas evidentibus rationibus demonstrat. Ergo modus sciendi est scientia.

Conclusio Secunda.

Logica est scientia practica.

Probr. scientia practica est ejus cujus finis est praxis aut quae objecti sui contemplatōe non contenta ad aliquid nititur preceptis ad agendum aut efficiendum.

Atqui Logica nititur ad objectum suum secundum certa praecepta efficiendum; dat enim regulas conficiendo. V. G. Definitionis, divisionis,

et demonstrãõ.

Ergo Logica est scientia practica.

Responsiones ad objecta.

Objicies 1.o Logica non versatur circà praxes sed circà effectiones.

Ergo Logica non est scientia practica.

Resp. dist. ant. Logica non versatur circà praxes sed circà effectiones, si praxis nomen angustiùs sumatur, concedo. si latiùs sumatur pro qualibet operãõe, nego. Quare nego consequentiam. Igitur praxis nomen sumitur vel strictè vel latè, praxis strictè sumpta est actio moralis in quâ spectatur agentis intentio relata ad honestatem moralem. Praxis latè sumpta est qualibet operãõ, ea sanè est praxeos significatio apud ões, unde ex vulgari sermone Arithmetica et Geometriæ dicuntur practicæ. Logica quidem non versatur circà praxes strictè sumptas, sed versatur circà praxes latè sumptas, nam cogitatiões mentis secundum aliqua præcepta disponuntur; ac proinde nihil obstat quominus Logicæ dicatur scientia practica.

Inst. Ea scientia non versatur circà praxes etiam latè sumptas, quæ versatur circà speculatiões.

Atqui Logica versatur circà speculatiões.

Ergo Logica non versatur circa praxes etiam latè sumptas.

Resp. neg. min. Nam illa disciplina non versatur circà speculatiões quæ versatur circà res præceptis efficiendas. Atqui Logica versatur circa res præceptis efficiendas. Ergo Logica non versatur circà speculatiões.

Prob. min. Cogitaões mentis, V.G. Definitio, Diuisio et Demonstraões sunt meræ Speculaões non praxes. Ergo Logica versatur circà Speculaões.

Resp. dist. ant. Cogitaões ~~sunt~~ mentis sunt Speculationes si comparentur cum objectis suis, Concedo. si comparentur cum præceptis et regulis Logicæ quibus fiunt, nego. quare nego coam. Cogitaões mentis vel comparantur cum objectis suis vel spectantur ratione Logicæ præceptorum quibus diriguntur ad veritatem. Equidem cogitaões mentis sunt Speculaões si comparentur cum objectis suis; at Speculaões non sunt si comparentur cum præceptis Logicæ quibus fiunt, res ipsa per se patet, ac proindè male concluditur logicam versari circà Speculaões.

Inst. Definitiones, diuisiones et demonstrationes sunt meræ Speculaões respectu aliarum scientiarum Metaphysicæ, V.G. et Physicæ.

Ergo Speculaões sunt etiam respectu Logicæ.

Resp. præmisso ant. neg. coam. Disparitas est quod definitiones diuisiones et demonstraões respectu Metaphysicæ aliarumque disciplinarum comparentur cum suis objectis, et spectentur ratione objectorum suorum tantùm; sed si definitiones diuisiones et demonstraões spectentur a Logicâ ratione sui et prout fieri possunt secundum normam cogitandi optimam ac proindè etsi ex mentis cogitaões sint Speculaões, ut plurimùm sint respectu aliarum disciplinarum

malè tamen concluditur eas speculatiões esse respectu Logicæ.

Objicies 2°. Illa disciplina non est practica quæ suum non facit objectum.

Atqui Logica non facit objectum suum.

Ergo Logica non est practica.

Resp. dist maj. Illa disciplina non est practica quæ suum non facit objectum exequendo. Concedo. dirigendo. nego. quare nego eõam. Illa quidem disciplina non est practica quæ non facit objectum suum dirigendo seu quæ præceptis quibusdam suum objectum non dirigit; sed ea disciplina practica esse potest quæ non facit objectum suum exequendo. In tantùm practica est scientia quæ in quantùm modum ad est conficiendi objecti sui, non vero in quantùm objectum suum et exequitur. Porro Logica non facit objectum suum exequendo quia ipsa non producit cogitatiões. at Logica facit objectum suum dirigendo; docet enim modum cogitandi; atque adeò malè concluditur Logicam non esse practicam scientiam.

Conclusio Tertia.

Logica est ars.

Probr. Ars est recta rão rei alicujus efficiendæ secundùm regulas et præcepta.

Atqui Logica est recta rão efficiendæ rei alicujus, puta definitionis divisionis, et demonstrationis quæ regulis Logicæ recte fiunt.

Ergo Logica est ars.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1.° ars versatur circà opus sensibile, est enim principium agendi ad extrà secundùm Aristotelem
Atqui Logica non versatur circà opus sensibile.
Ergo Logica non est ars.

Resp. Dist. maj. Ars servilis versatur circa opus sensibile, concedo. ars liberalis, nego. concessâ minore dist. consequens. Logica non est ars servilis, concedo. Logica non est ars liberalis, nego. Ars igitur duplex est liberalis et servilis. Ars liberalis ꝯnatim definitur ea quae liberum et ingenuum decet, ut ars Musica. ars servilis est ea quae ad Plebeios et servos hōes decet pertinet, ut ars faciendi vestes et calceos. Equidem ars servilis versatur circà opus sensibile hæ quippe corpore magis quam mente exercetur. Sed ars liberalis non semper versatur circà opus sensibile, nam ad artis naturam hoc solum modo pertinet, quod versetur circa aliquid quod perfici regulis possit, sive ipsum sensibile fit, sive non. Porro Logica non versatur circà opus sensibile, et ideo non est ars servilis, sed tamen ars esse potest liberalis.

Objicies 2.° Idem habitus non potest scientia simul esse et ars.
atqui Logica est scientia
Ergo Logica non est ars.

Resp. dist. maj. Idem habitus non potest simul scientia esse et ars, sub eodem respectu, concedo. sub diverso respectu, nego. Concedo min. et dilinquo consequens. Logica non est ars sub eo respectu sub quo est scientia, concedo. sub alio respectu, nego.

fortasse idem habitus non potest esse simul scientia et ars sub eodem respectu, sed idem habitus potest esse simul scientia et ars sub diuerso respectu. Scientia quidem in quantum est cognitio vera certa et euidens rei cuiuspiam naturalis per causas, ars vero in quantum est recta rõ rei alicujus efficiendæ, certe vel jam aduertimus, quinque partitio habituum seu virtutum mentis in Intelligentiam, Sapientiam, Scientiam, Prudentiam, et artem, primo est quasi diuisio generis in species oppositas, seu potius distributio rei est in plures ejus modos. Porro Logica est scientia, atque adeo ars fortasse dici non potest sub eo respectu sub quo est scientia, at dici saltem ars potest sub altero respectu, hoc est, prout modum docet producendarum cogitationum mentis ad veritatem

Caput Secundum
de Differentiâ Logicæ

Quilibet habitus suam ut loquuntur speficaõem, seu naturæ suæ distinctionem desumit ab objecto formali, unde ut habeatur Logicæ differentia inquirendum est quodnam sit ejus objectum.

Duplex autem est objectum Logicæ materiale et formale, ex quibus exurgit objectum totale seu adæquatum.

Plures sunt Ph̃orum qui Logicæ materiam
seu objectum definiunt opiniones propter triplex
genus eorum quæ inter disserendum occurrunt,
cogitaõum quibus disseritur, rerum de quibus dis-
seritur, et signorum seu vocum quibus cogitaões
et res cogitatæ manifestantur.

Prima est Nominalium qui voces ipsas spectatis
raõe significaõis suæ objectum esse Logicæ dixerunt.

Secunda classis eorum est qui putant res ões
esse objectum Logicæ, quique non uno modo
sentiunt, nam duplicem rerum cognoscendarum mo-
dum distinxerunt, vel per primam intentionem, quod
ut explicatius fiat observandum est quid sit intentio
apud Logicos et quotuplex illa sit.

Intentio mentis hoc loco idemest ac applicatio
mentis siuè est ipsa rei perceptio quæ vel pri-
ma dicitur vel secunda.

Intentio prima est primaria rei perceptio
quâ res vidétur ut in se est. V. G. nõe Dei boni
quæ mentem meam occupat datâ occasione
hujus propõis, Deus est bonus. probatur prima
Intentio.

Intentio secundo est secundaria ac veluti
reflexa cognitio qua in priorem cognitionem
redit animus, nomenque his vocibus quibus
expressa est attribuit, V. G. In allato exemplo
spectare possum nomen Deus ut subjectum
propõis, ut nomen substantivum, ut species,
&c. Nomen verò bonus est attributum.

et adjectivum nomen. Secundas rerum intentiones appellant Chamistæ entia rationis quia in solâ mente non in ipsis rebus existunt.

Quamobrem res prima intentionaliter cognitæ sunt res ipsæ cognitæ in scriptis, ut Deus, urbs, ut lapis. Res vero cognitæ secundo intentionaliter, sunt res cognitæ prout habent eadem prædicati, subjecti, antecedentis, consequentis, majoris vel minoris extremi, et aliarum hujusmodi, sive sunt denominationes quædam rebus attributæ.

Quâ duplicis rerum considerandarum modi positâ distinctione, nova rursus opinionum divortia exstitere. Alii dixerunt res omnes prima intentionaliter spectatas, seu quod idem est entia rationis Logicæ, objectum Logicæ esse pertibent; iique sunt Chamistæ.

Certa sententia quæ omnium fere sophorum est docet Logicæ — objectum esse cogitationes mentis formaliter sumptas, quibusdam tamen sophis aut Idea sola, aut Judicium solum videtur esse objectum Logicæ.

Jam verò ut hujusque opinionis sophorum veritas attribuatur fatendum est voces aliquatenus dici posse subjectam Logicæ materiâ si Logicam spectaveris prout est ars loquendi, seu sermocinandi rectè, de vocibus quippe traduntur plurimæ in Logicâ præceptiones De nomine, vitandam esse nominis ambiguitatem. De propositione, Clariorem illum esse

debere voce explicatâ, De argumentâe constare illum debere ex antecedente, consequentia et consequentiâ; De methodo, selectum ineâ esse oportere et verum et propõtum, et argumentãum delectum. sed tamen voces genui nomdici non possunt Logicæ objectum quia præsertim voces considerat Logica, non propter ipsas solum, sed propter cogitãões quasdam quarum signa sunt unde secundario dumtaxat Logica dicitur ars rectè disserendi.

Certum enim est secundo res õës seu primo intentio naliter non esse objectum materiale Logicæ; nam quamvis res sint cogitãonum mentis materia proxima, Logicæ tamen non materia dici nequeunt. si verò identidem de rebus modo aliquo gñali disserunt Logici id præter Logicæ finem, atque ob facilioremusum suarum regularum faciunt. his positis sit

Conclusio Prima

Objectum materiale proximum Logicæ sunt õës cogitãonum species.

Probr. Illud est objectum materiale alicujus disciplinæ circà quod illa versatur primò et per se.

atqui Logica versatur primo et per se circà õës cogitãões mentis, neque enim aliud affectat nisi ut cogitãões ad verum dirigat suis præceptis quemadmodum Logicam addiscenti constat.

Ergo objectum materiale Logicæ sunt omnes

cogitãum species.

Conclusio Secunda

Objectum formale Logicæ est dirigibilitas cogitãdum mentis ad veritatem.

Probr. Objectum formale Logicæ definitur rão specialis sub quâ objectum materiale attingitur.

atqui dirigibilitas ad veritatem est rão specialis sub quâ cogitãões mentis attinguntur à Logicâ

Ergò objectum formale Logicæ est dirigibilitas cogitãum mentis ad veritatem.

Conclusio Tertia.

Objectum totale seu attributiva Logicæ sunt quatuor cogitãum species prout ad verum dirigendæ.

Probr. Objectum totale alicujus disciplinæ est illud quod ex objecto materiali et formali constat, sicè quod habet commensurãdem, unitatem, relãdem et distinctionem. hi quippe sunt objecti totalis caracthares.

atqui cogitãum species prout ad verum dirigendæ sunt hujusmodi respectu Logicæ; hoc est objectum ejus formale et materiale exprimunt; ut attendenti obvium est, sivè quod idem est.

1.° est aliquid unum. Illud enim objectum unitatem habet cujus ões partes in aliquâ rãõe conveniunt univocæ vel analogæ, in eo nimirum quod sunt cogitãões ad verum dirigendæ. Ergo sunt aliquid unum.

2.° Adæquatæ sunt Logicæ. Illud enim incommensuratum est cui adæquatur, quod latiùs eâ non patet, nec angustiùs quàm ipsa terminatur. Atqui cogitationes mentis prout ad verum dirigendæ, nec patent latiùs quam Logica, nec eâ angustiùs terminantur, non latiùs patent ullæ mentis prater Logicam scientiæ de cogitationibus mentis ad verum dirigendis non terminantur angustiùs cum nihil præter ipsas in Logicâ tractetur. Ergo.

3.° habent relationem: Illud enim objectum habere dicitur relationem ad quod aliæ referuntur quæ tractantur in aliquâ disciplinâ. Atqui ad mentis cogitationes prout ad verum dirigendas referuntur ces Logicæ præceptiones. Ergo.

4.° Logicam specificè distinguunt. Illud enim specificè distinguit disciplinam aliquam quod ab eâ solâ consideratur. Atqui cogitationes mentis prout ad verum dirigendæ considerantur a Logicâ solâ. Ergo.

Ergo objectum totale seu attributio sunt quatuor cogitationum species prout ad verum dirigendæ.

Responsiones ad Objecta.

Objicies 1.° Illud non est objectum materiale Logicæ quod primò et per se non consideratur ab eâ sed propter aliud.

Atqui cogitationes mentis non propter sed propter aliud considerantur a Logicâ, putà in gratiam aliarum scientiarum.

Ergò cogitationes mentis non sunt objectum materiale Logicæ.

Resp. Dist. maj: Illud non est objectum materiale Logicæ quod primò et per se non consideratur a Logicâ sed propter aliud tanquam objectum seu finem internum, Concedo. tanquam finem externum, Nego. simil. dist. min. cogitãdes mentis considerantur à Logicâ propter aliud tanquam finem externum, Concedo. propter aliud tanquam objectum seu finem internum, nego. quare nego cõam. Itaque maximè distinguendum est inter objectum seu finem internum alicujus disciplinæ, et ejusdem finem externum. Internus finis est id de quo disciplina tractat, et propriè objectum dictum. finis externus est id õe ad quod cognoscendum disciplina utilis est. licet de ipso nihil agat. Revera illud non est objectum Logicæ quod ab ipsâ consideratur propter aliud tanquam objectum seu finem internum alicujus disciplinæ, sed nego illud non esse objectum Logicæ quod ab ipsâ consideratur propter aliud tanquam. Porro cogitãdes mentis considerantur a Logicâ propter aliud, id est, propter aliarum scientiarum objecta cognoscenda tanquam propter finem externum, non vero tanquam objectum seu finem internum. nam de objectis cæterarum scientiarum non agit. ac proindè malè concluditur Cogitãdes mentis non esse objectum Logicæ.

Objicies 2.º Cogitãdes mentis spectari possunt in triplici ordine temporis: aliæ jam habitæ fuerunt; aliæ sunt mentis nostræ præsentes;

LISBOA 30/2 * 34

alia tandem affutura sunt.

Atqui quocumque modo spectentur cogitationes non possunt dirigi a Logicâ.

Ergò cogitationes mentis non possunt dirigi a Logicâ.

Resp. neg. min. secundùm duas partes. primò habitæ jam cogitationes ad veritatem dirigunturæ Logicâ dum eæ conferuntur cum præceptis Logicæ, ut si cognoscat mens eas veras rectasque esse, iis adhæreat, sin minùs eas negligat. ut accedit quod susceptæ jam cogitationes aliis deinceps habendis cogitationibus utiles esse possint, V. G. Ideæ judiciis inferendis, Judicia ratiocinandi, ratiocinationes bene cohærenti methodo inserviunt. Sunt verò cogitationum habitarum delectus, atque usus sapienter præscribit Logica; Ergò cogitationes mentis antèa habitæ ad verum dirigi possunt a Logicâ. secundò nihil est quod moror cogitationes prout elicuntur, aut prout eliciendæ sunt secundùm Logicæ leges exactas esse posse.

Prob. min. ergò cogitationes mentis jam habitas. hujusmodi cogitationes vel sunt veræ vel sunt falsæ.

atqui quæ cogitationes sint non possunt dirigi a Logicâ. nam si sunt veræ non possunt falsæ fieri, si falsæ sint, non possunt fieri veræ.

Ergo cogitationes mentis jam præteritæ non sunt dirigibiles ad veritatem.

Resp. neg. min. Nam ut cogitationes mentis nostræ jam præteritæ dicantur dirigibiles ad veritatem non requiritur ut eadem numero quæ falsæ sunt, possint veræ fieri, sed sufficit quod mens ex Logicæ præceptionibus possit animadvertere ad modum cogitationum antèa habitarum, declinare a falsis, et verum amplecti. atqui mens ex Logicæ præceptionibus

potest animadvertere ad modum cogitationum anteà habitarum, declinare à falsis, et verum amplecti. Ergo cogitationes jam præteritæ iterùm sunt dirigibiles ad veritatem.

Objicies 3º Nõo non potest dirigi ad verum a Logicâ.

Ergo Nõo non est objectum Logicæ.

Resp. neg. ant. Logica enim regulas præscribere potest quibus quælibet nõois species bene dijudicamus, earumque regularum animadversio id est. nobis utilior quod a Nõoe õio ordiatur ad ex. nobis utilior quod a Nõoe õio ordiatur rerum cogitatõ, Itemque ab Indiligentiâ in observando institutõem et usum proprium diversarum nõois specierum, incipiat mentis aberratio ut infrà videbimus ubi explicabuntur species plurimarum nõoum.

Inst. saltem nõo per Ideam seu Idcâ quâ res representantur non potest dirigi ad verum a Logicâ.

Resp. neg. propõem. Nam 1º Ideæ nostræ obnoxia sunt inordinatõi et confusioni, scilicet potentia sunt Ideæ in mente nostrâ excitari non secundâ seriem aut conjunctionem quam habent ipsæ res et ordo doctrinæ postulat. 2º Ideæ nostræ occasionem malè judicandi præbent non raro. atqui Logica occurrere et mederi potest his õibus vitiis et errandi periculis. Ergo vel ipsa nõo per Ideam dirigi ad veritatem potest a Logicâ.

Prob. propõem. Cogitatõ quæ non potest falsa esse potest ratione sui, non potest a Logicâ dirigi ad verum ratõe sui.

atqui Idea non potest esse falsa ratõe sui, ut

Logici demonstrant.

Ergo Idea non potest dirigi ad verum rãde sui.

Resp. neg. maj. Nam dirigi ad veritatem et spectari in se a Logicâ expedit cogitãões non mehi erroris in quem iniiciunt; sed mehi erroris cui occasiõem prãbere possunt, aut mehi confusiones aut inordinãtio. Atqui hoc utrumque animadvertiõis genus utiliter adhibetur nãõem per Ideam. Ergo quamvis nõõ per Idcam non potest esse falsa rãde sui, hac tamen potest a Logicâ dirigi ad verum rãde sui.

Objicies 4° probando solas Ideas esse obtum Logicæ.

Objectum materiale cujuscunque artis est ea materia ex quâ fit opus illius proprium.

Atqui opera Logicæ, scilicet Judicium, rãocinãõ et Methodus fiunt ex Ideis vel conjunctis vel divisis.

Ergo solæ Ideæ sunt objectum materiale Logicæ.

Resp. 1.° neg. maj. objectum enim materiale etiam in disciplinis practicis non est materia ex quâ fit opus illius materiæ, sed materia circà quam hæc versatur. Enimverò objectum materiale alicujus artis est id quod illa primò et per se considerat. Atqui ars primo et per se non considerat materiam sui operis sed opus ipsum. Sic Architectura primo et per se non considerat lapides, arelatum, ligna, &c. ex quibus construitur domus, sed Domum ipsã ædificandam. Ergo objectum artis non est materia ex quâ fit opus artis.

Resp. datâ non concessâ majore, neg. min. 1.° enim nequaquam fiunt cogitãões mentis ex Ideis, sed versantur tantùm circà Ideas vario modo conjungendas. Ergo nihilo est hæc loquendi rãõ ex Ideis fiunt nostræ cogitãões. 2.° neque Ideæ

Sola sunt materia circa quam omnes occupantur cogitationes nostræ. nam ratiocinatio V.G. proxime fit comparatione Judiciorum inter se. Ergo solæ ideæ non sunt materia nostrarum cogitationum.

Objicies 4° probando solam ratiocinationem demonstrativam, seu demonstrationem esse objectum Logicæ Quæcunque in Logicâ considerantur, referuntur ad ratiocinationem demonstrativam.

Ergo sola demonstratio est objectum Logicæ.

Resp. dist. ant. Referuntur ad demonstrationem per accidens, esto: per se et ex naturâ suâ; nego. Quare nego cõam. Duobus igitur modis aliquid potest dici ad aliud referri, vel per se et ex naturâ suâ ad aliud refertur quod extrà ipsum nullius est usus, illud vero per accidens ad aliud refertur quod etiam extrà ipsum est utile. Porro plurima eorum quæ tractantur in Logicâ ad demonstrationem referuntur per accidens, quoniam Ideæ et Judicium ratiocinationi formandæ inserviunt, quemadmodum et ipsa ratiocinatio methodum spectat. Sed omnia quæ tractantur in Logicâ ad demonstrationem per se non referuntur, quæ extrà demonstrationem sunt utilia. atqui plurimæ Logicæ artis præceptiones extrà demonstrationem utiles sunt, Utile interdum est clare distincteque intueri naturas rerum etiam extrà demonstrationem. Item normam præscribere judicandi optimam. Ergo quæcunque in Logicâ tractantur ad demonstrationem per se non pertinent.

Inst. Partes totius referuntur per se ad totum. Atqui ões cogitabilium modi quos Logica considerat sunt partes demonstrationis.

~~Ergo ões cogitabilium modi quos Logica considerat sunt partes demonstrationis.~~

Ergo ões cogitabilium modi quos Logica considerat referuntur per se ad demonstrationem.

[illegible] per accidens ad esse

Resp. dist. maj. partes per se alicujus totius referuntur per se ad totum, Concedo. Partes per accidens alicujus totius referuntur per se ad totum, nego. simil. dist. min. et nego cõam. partes alicujus totius vel sunt partes per se, vel partes per accidens. partes per se ea dicuntur quæ ex naturâ suâ conjunguntur toti, ut mens et corpus. Partes per accidens ea sunt quæ ex naturâ suâ conjunctæ sunt toti, et sine toto manent completæ, ut lapides ergà domum, cives ergà suam civitatem. Partes per se alicujus totius referuntur per se ad totum non item partes per accidens. Porro ões cogitãdum modi quos Logica considerat partes dici possunt per accidens demonstrãdis, sed hujus partes non sunt per se, nam nõões et Judicia ex naturâ suâ non conjunctæ sunt rãocinãdi. atque adeo omnes cogitãdum modi quos Logica considerat non referuntur per se ad rãocinãdem.

Inst. Partes essentiales rãocinãdis sunt partes per se rãocinãdis

atqui Idea et Judicium sunt partes essentiales rãocinãdis

Ergò Idea et Judicium sunt partes per se rãocinãdis.

Resp. dist. maj. Partes essentiales rãocinãdis tùm ex parte, ut vocant, rei, tùm ex parte rãocinãdis, sunt partes per se rãocinãdis, Concedo. partes essentiales rãocinãdis ex parte rãocinãdis tantùm sunt partes per se rãocinãdis nego. simil. dist. min. et nego cõam. Igitur

partes essentiales alicujus rei vel tales sunt ratione
huiet rationes hujus rei simul quando ninirum, sicut res sine hujus modo partibus esse nequit, ita nec partes sine eâ re tanquam toto consistere possunt, vel tales sunt rationes rei cujus sunt partes quando relatio non est mutua eadem. Et quidem partes essentiales rationis tum ex parte sui, tum ex parte rationis sorent partes per se rationis. Sed partes essentiales rationis. Sed partes essentiales rationis ex parte rationis tantum non sunt partes per se rationis quia partes hujus modi suam non naturam habent sine ullâ infrà ratiocinatione conjunctione; Porro Idea et Judicium sunt partes essentiales rationis ex parte rationis. hæc quippe est compositio judiciorum plurium, pluriumque Idearum. At Idea et Judicium non sunt partes rationis ex parte sui, illæ quippe cogitandi modi non sunt partes essentiales rationis ex parte sui qui mentem efficere possunt non conjuncti in aliquâ ratiocinatione, quod jam declaravimus, ergo nec et Judicium non sunt partes rationis essentiales ex parte sui. atque adeo non sunt partes per se rationis

Objicies 6.° Cum Realistis Sphis qui putant res esse objectum Logicæ. In Logicâ explicantur Categoriæ, quæ sunt suprema genera.

Ergo res ipsæ cogitatæ sunt objectum Logicæ

Resp. Dist. ant. In Logicâ explicantur categoriæ præter Logicæ finem, Concedo. Ex Logicæ fine, nego. Igitur ad Logicæ naturam, et dogmata

minimè attinet Categoriarum tractatus quem si exprimere alicujus utilitatis est, in Metaphysicâ reponere satis erit, propterea quod Metaphysica in quantùm est Scientia gñalis Supremas entis ac modi entis species recensere ac distinguere debeat.

Inst. habitus Judicandi et rãocinandi habet pro objecto res ipsas.

Atqui Logica est habitus judicandi et ratiocinandi.

Ergo Logica habet pro objecto res ipsas.

Resp. Dist. maj. habitus judicandi et rãocinandi directus habet pro objecto res ipsas, concedo. habitus judicandi et rãocinandi reflexus, nego. Simil. dist. min. et nego cõam. Habitus judicandi et rãocinandi directus est ille qui in res ipsas dirigitur, seu intentus est. habitus Judicandi et rãocinandi reflexus est ille qui fertur in modum judicandi et rãocinandi. Equidem habitus judicandi et rãocinandi directus habet pro objecto res ipsas non item habitus judicandi et rãocinandi reflexus. Porrò Logica est habitus judicandi et raocinandi reflexus, ex Logicæ definitione constat. Quapropter non habet pro objecto res ipsas, sed modos cogitandi.

Subs. atqui habitus judicandi etiam reflexus habet pro objecto res ipsas. Ergo.

Prob. Subs. Actus judicandi habet pro objecto id de quo Judicatur.

Ergo habitus judicandi etiam reflexus illud idem habet pro objecto.

Resp. dist. ant. Actus Judicandi directus reflexus habet pro objecto id de quo judicatur, Concedo. Actus Judicii dirigens et reflexus habet ~~hab~~ pro objecto id de quo judicatur, nego. quare nego cõam. Etenim distinguendus est duplex actus Judicii, alter directus, alter dirigens seu reflexus, quorum definitiõ ex mox dictis repetenda est. Res de quâ judicatur est quidem objectum proximum actus Judicii directi, hoc est, Judicii formalis, quod est mentis operãõ, quam Logica dirigit. sed non est objectum proximum actus judicii dirigentis seu reflexi, nam actus Logicæ dirigentis proximè referuntur ad mentis cogitãões quæ sunt operades Logicæ, non autem ad objecta operãõnum logicarum.

Objicies 4.° cum Thomistis. Logica versatur circà secundas intentiones objectivas sivè circà entia rãonis, logica; agit enim ~~enim~~ de genere, specie, differentiâ, objecto, et attributo.

Ergo secundæ intentiones objectivæ sunt objectum Logicæ.

Resp. dist. ant. Logica versatur circa secundas intentiones objectivas in gratiam cogitãõnum mentis ad verum dirigendarum, Concedo. propter ipsas secundas intentiones objectivas, nego. Logica quidem versatur circà secundas intentiones objectivas, et de iis non nulla præcipit, sed non propter ipsas, benè verò propter cogitãões mentis; namque eodem modo et

fine

sine eodem versatur Logica circà secundas intentiones objectivas, quo Grammatica de variis casibus, declinationibus, et conjugationibus, aut Rhetorica de figurâ, tropo, exordio, et aliis hujusmodi terminis secundæ intentiones differunt. atqui artes Grammaticæ et Rhetoricæ de terminis non agunt propter ipsos, sed propter sermonem congruum aut ornatum. Ergo pariter non propter ipsas secundas intentiones objectivas, de iis differit Logica, sed propter cogitationes mentis.

Eadem adhibenda est responsio si cum Nominalib. opponat quis Logicam differre de nominibus aliisque vocibus, de iis enim agit Logica prout sunt signa cogitationum non propter ipsas voces.

Quæstio Secunda De Existentiâ Logicæ

Logica duplex distinguitur alia naturalis, alia artificiosa.

Logica naturalis est vis seu ratio excogitandi innata, seu est mens in quantum citrà disciplinam naturæ quâdam institutione eruditâ, huc sponte vaocinatur, et alio modo cogitat.

Logica artificiosa est ratio cogitandi labore acta et corroborata. Scilicet adnotatio atque animadversio diligens et diuturna cogitandi facultatis

quæ nobiscum conercata est Logicam seu artificialem.
De utrâque Logicâ proponitur quæstio an sit.

Conclusio

Existit Logica tùm naturalis tùm artificiosa.
Probr. 1.ª pars. Logica naturalis est vis aut rão cogitandi conercata nobiscum
Atqui vis quædam est rão cogitandi conercata nobiscum; nam hujus facultatis sibi quisque conscius esse, eâque præditus videtur, dum disserit de rebus sibi familiaribus. Et vero nisi hæc rão cogitandi mentibus hũm inesset, ars nulla esse posset cogitandi: ars enim sequitur naturam tanquam parentem magistram.
Ergo existit Logica naturalis.
Probr. 2.ª pars. Logica artificiosa est rão rectè cogitandi labore et exercitio acquisita.
Atqui existit talis rao. præclaram enim nobis suppetit seriem præceptorum de variis cogitandi modis.
Ergo existit Logica artificiosa.
Et verò ubi occurrit vitium quod observatione emendari potest, difficultas quæ exercitio potest amoveri, et facultas indifferens ad agendũ benè vel malè, quæ potest ad bene agendum erudiri ibi admittendus est habitus qui errorem emendet difficultatem amoveat et facultatem indifferentem erudiat, atque comparet ad benè agendum.

Atqui in singulis cogitandi modis vitia occurrunt in nōe confusio et usus praeposterus In Judicio error, in rāocināe paralogismus, In Methodo seù dispositione perversitas seu inordinātio, quae vitia quibusdam servatis regulis possunt emendari: occurrit enim difficultas quae exercitio superari potest: postremo adest facultas indifferens ad benè vel malè cogitandum, quae ad benè cogitandum inflecti potest.

Ergo admittendus est aliquis hujus modi habitus. Atqui iste habitus ipsa est Logica artificiosa. ergo existit Logica artificiosa.

Dices. facultati naturali nondatur ars ad functiones suas perficiendas. sic populo nulla datur ars ut videat. atqui mens naturaliter cogitat.

Ergo menti nulla adjungitur logica artificiosa

Resp. dist. maj. Ars non adjungitur facultati naturali, quae sit uni agendi modo addicta, Concedo. facultati naturali quae uni agendi modo non sit addicta, nego. Simil. dist. min. et nego cōam. facultas naturalis vel est addicta uni agendi modo quem necessariò sequitur, vel plures habet eosque contrarios agendi modos. Equidem ars non adjungitur facultati quae uni agendi modo est addicta. nam positis ūibus ad agendum requisitis necessariò agit quae potest modo. Sic oculus minime sine arte videt, sed ars benè adjungitur facultati naturali, quae addicta non est uni agendi modo. V. g. manui benè ars adjungitur ut scribat ōtis instrumenta

pulset musica. Iamvero mens humana naturaliter quidem cogitat, sed modo bene modo male, atque adeo mens arte Logica salubriter adjuvatur ut recte cogitet. male ergo probatur nullam esse apud nos Logicam artificiosam.

Quæstio Tertia
De Necessitate seu potius Vtilitate Logicæ

Logicæ tria potissimum commoda recenset autor eximii operis de Arte cogitandi cujus lectionem præ aliis super Logicâ conscriptis libris non possum non commendare et percipere.

1.° Logica certos nos reddit nostras vâde bene cogitandi regularum quas statuit attenta observâtione efficit ut animo nostro præsentiores sint leges naturales cogitandi et ad earum normam cogitationes nostras dispONamus.

2.° promptiores habiliores quæ nos reddit detegendis erroribus aut vitiis in quæ cogitando incurrimus: plerumque etenim quamvis naturali lumine errorem accusare possimus in multis rãonĩnationibus, in quo tamen et propter quod ea peccent, detegere nominatim nequimus quibus solvendis dubiis opportuna maximè est Logica artificiosa.

3.° (quæ non minima Logicæ utilitas putanda est)
dum hæc mentem nostram intentam tenet consideraudis cogitandi modis eamque admonet ut seipsam
cognoscat, et in peculiariorem familioremque
naturæ suæ cognitiõem adducit.

Hæc tria adjumenta et commoda mihi videntur
hujusce rãõis ut nihil ad honorem æstimavẽq;
Logicæ plenius et cumulatius desiderari debeat.
Sed aliud tamen laudis nomen artis suæ optaverunt Pẽpi Scholarum, a quibus quæsitum fuit
utrum absolutè scil omninò necessaria sit Lo-
gica ad scientiam saltem in statu perfecto obtinendã.
Dico in statu perfectæ quoniam duplex decer-
endus est Scientiæ status, unus perfectus qui
rerum causas, proprietates, naturamque eui-
denter cognoscit, et ità exploratas habet, ut õem
dubitãõem excludat, alter imperfectus in quo
rudis indigestaque habetur rerum notitia quam
vel diu vãõ Sophistica turbare ac convertere
possit.

Omnes quidem fatentur Logicæ artem simpliciter et absolute necessariam non esse in statu im-
perfecto ad habendam rei notitiam, ad quem scien-
di modum sufficit Logica naturalis, hoc est, mens
instructa a naturâ tum cogitandi vi, tum re-
rum plurimarum de iis, quâ in re testis est experi-
entia hõum quorundam qui nativâ mentis indole
ad scientias accingunt se.

Sed dubitãõ tantùm est de Logicâ artificiosa
quam itidem ad disciplinas comparandas in statu
perfecto absolutè necessariam esse contendunt
quidem adversus quos sit

Conclusio

Logicæ ars non est simpliciter et absolutè nëaria ad Scientias in statu perfecto comparandas.

Logicæ Probr. Ars nihil est aliud, quam experientiâ reflexa sive recognitio functionum quas naturaliter ac veluti sponte mens exercet, hoc est cogitationum nostrarum; ex quâ inspectione cogitationum ritè peractarum conditæ sunt regulæ.

Atqui eæ cogitationum nostrarum reflexæ observationes et recognitiones in quibus fundantur Logicæ regulæ, absolutè et simpliciter necessariæ non videntur ad disciplinas etiam in statu perfecto habendas, quod enim non est nëarium ad ritè et perfectè obeundas functiones mentis non est etiam nëariam ad ritè et perfectè ~~obeundas~~ disciplinas in statu perfecto acquirendas; nam actus Scientiarum sunt ipsæ mentis circà varia objecta cogitationes. atqui eæ observationes et regulæ non sunt simpliciter nëariæ ad mentis functiones ritè exercendas; mens etenim nostra naturâ duce iis rectè defungitur, V.G. benè definit, dividit, judicat, demonstrat; imò verò nisi mens rectè à naturâ cogitaret nunquam in statutæ fuissent logicæ ~~logicæ~~ regulæ; nunquam proinde inventa fuisset Logica. Ergo observationes et regulæ cogitationum nostrarum non sunt nëariæ ad Scientias etiam in statu perfecto comparandas. Ergo.

Et certè plurimos hoc ad abstrusiores Scientias felicissimis conatibus olim contendisse atque etiam nunc pervenire aut legimus aut aliquando videmus

qui de rebus logicis nihil unquam arte didicerant, scilicet naturam ducem sequuntur aliquando hões in suis studiis et ab iis quæ sunt notiora et simpliciora ad magis difficilia magisque composita gradatim ascendunt, nihil in terminis ambigui relinquunt præmissâ vocum quibus utuntur definitõe, præmittunt aliquando axiomata quædam per se clara ex quibus fluunt quæ deinceps sunt demonstraturi. Postremo conclusiones inserant vel ex definitõibus non controversis vel ex sententiis g̃alibus vel ex conclusionibus antea probatis, quæ jam animo obtinent principiorum: quo fit ut licèt animum non intendant ad Logicæ Regulas, nec cujus sit figuræ Syllogismus molestiùs inquirant. Vix tamen errent in formâ ac serie demonstrandum: quod ex argumento Logicæ est artem simpliciter et absolutè nẽariam non esse ad habendam in statu perfecto scientiam. Quod enim solâ naturâ duce modo qua fieri potest perfectione obtineri potest ei in statu etiam perfecto comparando Logica non est absolutè nẽaria. atqui exemplis rãõibus adductis patet scientiam in statu etiam perfecto solâ naturâ duce posse obtineri. Ergo Logicæ ars necessaria non est ad habendam scientiam in statu perfecto.

Responsiones ad objecta

Objicies 1.º Nemo potest scientiam comparare nisi teneat modum sciendi, hoc est, definiendi, dividendi, et argumentandi.

atqui sine Logicæ arte nemo potest tenere modum sciendi.

Ergo sine Logicâ artificiosâ nemo potest scientiam compa- (crare.

Resp. neg. min. nam mens nostra naturaliter seu logicâ naturali tenet modum sciendi, siue definiendi, diuidendi et argumentandi. Enimverò mens illa habet a naturâ modum sciendi, seu definiendi, diuidendi et argumentandi, quæ præcepta Logicæ artificiosa colligit ex variis obseruationibus supra proprios cogitandi modos. Atqui mens nostra præcepta Logicæ colligit ex variis obseruationibus supra proprios cogitandi modos. Ergo sine Logicæ arte potest quis modum tenere definiendi, diuidendi et argumentandi.

Prob. min. quoad argumentandi facultatem. nemo potest tenere modum argumentandi nisi certo cognoscere possit consecutionem conclusionum seu consecutionem neariam consequentis cum antecedente. Atqui nemo sine Logicæ arte potest certò cognoscere consecutionem conclusionum. Ergo nemo sine Logicæ arte potest tenere modum argumentandi.

Resp. neg. min. Nam mens solâ Logicâ naturali potest cognoscere consecutiones conclusionum, quemadmodum euidenter probat quotidiana experientia. 1.° enim docet usus frequens eos quibus est a naturâ bona rectaque ingenii acies æquiùs multò de rebus sibi & multò propriâ minervâ ratiocinari, quam Logicos plures. 2.° Notum est et vulgare errores horum ex falsis vel non satis perspectis principiis sæpiùs oriri, raro autem ex malè deductis conclusionibus. Si verò aliquando contingat naturæ alicui ut quis

perperam omnino ratiocinetur, vix sperandum esse fore ut hæc præcepta Logicæ aliquando prosint.

Objicies 2°. Vt quis scientiam* debet scire se scire. atqui sine Logicæ arte* potest quis scire se scire. Ergo sine Logicæ arte nemo potest scientiam habere in statu perfecto. *habeat esse nemo.

Resp. neg. min. Nam tunc aliquis scit se scire, quando evidentem habet rei cognitionem cujus intimè sibi conscius est. atqui sine Logicæ arte potest quis evidentem rei alicujus cognitionem habere, cujus proximè et immediate conscius sibi sit, evidentia enim et ejus animadversio ab arte et regulis Logicæ non pendet. Ergo sine Logicæ arte potest quis scire se scire.

Prob. min. Si quis scit se scire est immotus in suâ cognitione.

atqui sine Logicæ arte nemo potest esse immotus in suâ cognitione.

Ergo sine Logicæ arte nemo potest scire se scire.

Resp. neg. min. Vt enim aliquis sit immotus in suâ cognitione, satis est quod noverit se in ordine suâ cognitione, satis est quod noverit se in ordinem evidentiam secutum fuisse, et inter ratiocinandum se rite processisse. atqui sine Logicæ arte, et solâ ingenii vi, atque animi attentione potest quis ~~observare in suâ cognitione~~ hæc sua observare. Ergo sine Logicæ arte potest quis esse immotus in suâ cognitione.

Inst. Prob. min. Vt aliquis sit immotus in suâ cognitione debet solvere posse ones difficultates, quæ contrà proponi possunt. atqui sine Logicæ arte nemo id potest. Ergo sine logicæ arte nemo potest esse immotus in suâ cognitione.

Resp. neg. maj. quæ minimè universalis est, neque ad veritatem et certitudinem scientiarum humanarum nẽarium esse crediderim nullis eas impugnari difficultatibus quæ bene et perfectè non solvantur; humanæ scilicet mentis conditio, hoc est, finitudo atque inconstantia id patiuntur, ut res vel evidentiores et explorationes, admixtæ sint multis tenebris quas discutere nequaquam valet humana ratio, quid enim vero in genere rerum quæ sciuntur, melius cognitum nobis est quam divisibilem esse materiam essentialiter atque adeo in infinitum. In multis tamen quæ super eâ re proponuntur ab Epicureis nonne vel oculatissimorum horum rãs deficit, certè celebriorib⁹ sanctæ P̃ris ignorantiam et difficultatem suam exposuit ac confessi sunt in explicandis conciliandisque rebus quas evidenter noverant.

Objicies 3.° saltem conclusiones quæ sunt obscuræ et a principiis remotiores ex principiis suis certò inferri sine logicæ arte non potest.

Atqui in scientiâ totali multæ sunt hujusmodi conclusiones.

Ergo saltem scientia totalis haberi in statu perfecto non potest sine Logicæ arte.

Resp. neg. maj. Ut enim conclusiones obscuræ et a principiis remotiores ex principiis suis certo inferri possent sine logicæ arte, satis est quod eæ claræ et nẽariò inferri queant ex conclusionibus superioribus, quæ postquam probatæ sunt vim principii habent ergò conclusiones inferiores et remotiores quæ, quæ non minùs evidentem et certam cum superioribus cõclusionibus

quam ea cum suo principio connexionem habeant, atque rem sic ita habere posse patet et confirmatur Methodo Geometrarum qui positis quibusdam principijs plerumque ex Ideis conclusiones remotiores longua serie aliarum propinquiorum interjectas, solo lumine naturali inferunt, et animo complectuntur. Geometricarum nempe demonstrationum ita artificium in eo situm est, ut quae conclusio ducitur ex principio aliquo simplici et naturaliter noto, ea habeat eadem principii respectu conclusionis remotioris, et quae facta huic principio vicina, habet vicis sim eadem principii respectu alterius consequentis et sic deinceps. ergo Conclusiones vel a principijs primis remotiores ex principijs suis deduci possunt sine Logicae arte.

Quæstio Quarta

De Diuisione Logicæ.

Logicam Iamdudum diuidimus in Naturalem et artificiosam.

Hæc verò de quâ solùm hîc sermo est diuidi solet in utentem et docentem.

Logica docens est ea quæ præcepta tradit cogitandi, estque disciplina ipsa quam nunc tractamus.

Logica utens ea dicitur quæ in usum concedit præcepta Logicæ. Ratio

Ratio hujus diuisionis est id quod supra observavi in ea scilicet arte liberali duas esse partes, alteram

superiorem, quæ est tradendæ practica, verum agendarum aut efficiendarum; alteram inferiorem, quæ traditis præceptis utitur. pars superior siue cognitiua præceptorum Logicæ, vocatur Logica docens; pars inferior, siue hujusmodi præceptorum usus, vocatur Logica utens.

Sed non quemadmodum in alijs artibus, ità in præsenti Logicæ diuisione se habent ambæ illæ partes. 1.° enim ad eandem facultatem, seu habitudinem pertinent Logica docens et utens, eadem enim mens est tùm cognoscens tùm applicans Logicæ præcepta; quod secùs in alijs artibus in Musicâ, V.g. In arte pictoriâ contingere supra observauimus. 2.° nam ob causam licet in alijs artibus, in Musicâ V.g. pars superior seu docens, et pars inferior seu utens circà idem objectum versãtur, usus tamen et applicatio Logicæ præceptorum in materiâ Logicæ locum habere nequit V.g. Regulæ Logicæ locum non habent in præscribendis regulis definiendi, diuidendi et demonstrandi, quæ luminè seu logicâ naturali fulciuntur.

Ex quo sequitur nullam esse Logicam utentem præter alias disciplinas, Metaphysicam Physicam &c. quæ regulas Logicæ diligenter observant in definiendis, diuidendis, demonstrandis, disponendis quæ suis materijs. Ita certè Logicã utentem interpretatur sanctus Thomas sect. 4ª in lib. 4.um Metaphysicorum.

Hoc modo Intellectus Logicã docente et utente diximi facilè poterit controversias Scholarum,

utrum Logica docens et utens sint habitus diuersi, an unus idemque habitus qui diuersa vãe considerat ur modò docens, modò utens vocatur; Quã de re sit

Conclusio ~

Logica docens et utens sunt habitus diuersi.

Probr. Illi habitus sunt diuersi qui diuersa habent objecta; nam habitus speciem suam seu naturam propriam habent a suis objectis.

Atqui Logica docens et utens diuersa habent objecta, ut patet utriusque definitione. nam Logica docens est ars cogitandi, seu scientia quæ de cogitãbus disserit. Logica verò utentis nomine intelligitur scientia quælibet quæ secundum regulas Logicæ docentis versatur circa res ipsas, puta, Metaphysica, Physica, &c. Ergo Logica docens et utens sunt habitus diuersi.

Dices 1.° Qui callet Logicæ præceptiones, nullamin iis applicandis moram et difficultatem patitur.

Ergo Logica docens et utens non sunt habitus diuersi.

Resp. ney. ant. Qui callet præcepta Logicæ nouam in eorum usu difficultatem experturus est propter materiam diuersam Logicæ utentis et docentis: materia quippè siue objectum Logicæ docentis sunt cogitaões mentis; Logicæ verò utentis objectum sunt res ipsæ scilicet aut ens aut modus entis signãtim, aut variæ utriusque speciei, seu spiritus, seu corpus.

Dices 2° Logica suis præceptis utitur in propriâ materiâ; Nam V.G. Præceptis circà definitionem aut divisionem utitur ad bene definiendam aut dividendam argumentationem.

Ergò nulla est probabilis ratio statuendi Logicam docentem et utentem esse habitus diversos.

Resp. neg. ant. Logica enim in naturam cogitationum ex se et secundum finem suum non inquirit sed præceptionibus ~~circà~~ suprà cogitationes circumscriptis continetur. Equidem ex scientiæ quæ de mente nostrâ est, deprompsit Logica, cùm præceptis admoneat definiendi cogitandum proprias; sed in gratiam tantùm earum hujusmodi notiones præmittit. Nullum igitur ex advertis opinionem nostram argumentum quod desumitur ex definitionibus ac divisionibus, aliisque explicationibus cogitandi per Logicam passim profusis.

Appendix

In qua postquam de Cogitationibus mentis breviter dictum est, ordo præfigitur Exponendæ Logicæ

Reliquum est ut exactum aliquem tractandæ Logicæ modum, in quo

cum habenda est non modorum cogitandi diuersorum, opere pretium videtur de iis aliquid præfari, et quantum Logica opus habet ex Metaphysicâ mutuari cognitionem gñalem mentis nostræ.

Quæ sit cogitatio, nulla mens est quæ ad momenta conscientiâ non experiatur, hicque cogitationis sensus intimus ad eam manifestandam et explicandam vaelet magis quam ulla quæ sine difficultate dare-tur accurata ejus definitio.

Si quis tamen definitionem cogitationem postulat, dicam eam esse modificationem mentis, cujus mens proximè sibi conscia est.

1.° est modificatio, Idest modus seu affectio a mente non distincta.

Et quidem mentis est, nam quemadmodum figura non est nisi corporis, sic cogitatio ad blammentem pertinet.

Eandem cujus mens proximè conscia sibi est, sua enim cuique menti præsens semper est cogitatio et testata sensu intimo, qui ipsam semper comitatur, et declarat.

Non moror proprietates cogitationis quas hic referre laboris foret diuturni, et ad id quod nunc intendimus nihil attinentis; sed quod ad definiendum Logicæ debitum ordinem sicè omnino necesse est, explorare quot sint cogitationum species insigniter diuersæ.

Duæ sunt gñaliores, nõe quam vocant alii Ideam, alii apprehensionem et cuius Iudicandi. Verum in Iudicio duo insigniores notantur modi judicandi, ratiocinatio et Methodus: quam ob causam quatuor bene distinguuntur species

Cogitacium, Noō, Judicium, Rāocināo et Methodus. hæc cogitāum diuisio quæ quoniam explicatior est, nobis Logicam tractantibus est comodior, vocari potest mediata; illa, est immediata. Vtramque porrò amplector.

Conclusio.

Cogitationes mentis duæ tantùm sunt Noō et Judicium secundùm immediatam, et gñalem earum diuisionem. Quatuor verò sunt rāocināo insuper et methodus ex mediatâ et specialiori earundem diuisionem.

Probr. 1ª par. Tot numerandæ sunt mentis cogitāes secundùm immediatam et gñalem earum diuiōem, quot sunt gñales modi cogitandi, seù potiùs verum cognoscendarum, ad quos revocari possunt omnes cogitandi rāones.

atqui duo sunt cogitandi modi gñales ad quos alii referuntur, Noō et Judicium. Nam vel mens ità versatur circà res cognoscendas ut eas conspiat tantùm nihil affirmando, negandove, hæcque cogitandi rāo vocatur Noō; vel ità versatur circà res, ut de illis aliquid affirmet aut neget, qui alter cogitandi modus judicium appellatur; jam verò ad Noōem pertinent Intelligentia pura quæ citrà speciem corpoream, Imagināo et Sensāo quibus sub Speciè corporum res cognoscuntur. Ad Judicium tamen referuntur Rāocināo et Methodus quæ sunt speciales modi cogitandi.

Ergo duæ sunt cogitāones mentis ex immediatâ et gñali earum diuisione.

Probr. 2ª par. tot distinguendæ sunt cogitāones mentis ex mediatâ et speciali earum diuisione quot.

quot sunt Speciales cogitandi modi insigniter diuersi, de quibus dirigendis regulas Speciales tradit Logica.

Atqui quatuor sunt Speciales cogitandi modi insigniter diuersi, de quibus peculiares Logica tradit regulas, Nõo, Iudicium, Rãocinãõ, et Methodus. Enimverò illi cogitandi modi sunt sunt insigniter diuersi quorum diuersum est objectum formale. atqui quatuor notatæ cogitãões diuersum habent objectum formale ut inductione patet. 1.o enim objectum formale nõois est sola rei cognitio citrà affirmãdem aut negãdem. 2.o Objectum formale Iudicii est nexus unius nõois cum aliâ, aut sepãrãõ unius ab aliâ. 3.o Objectum formale rãocinãõis est consecutio unius Iudicii ex Iudicijs antecedentibus. Eandem objectum formale Methodi est nexus unius disciplinæ partis cum aliâ parte ejusdem disciplinæ, siue est ordo scientiarum inter se. Ergo quatuor sunt Speciales cogitandi modi insigniter diuersi: Quod verò Speciales de iis regulas Logica tradat in explicandâ logicâ patebit.

Ergo quatuor sunt cogitãonum Speciei ex mediatâ et Speciali earum diuisione.

Responsiones ad Objecta

Objicies primò. adversus primam Conclusionis partem. Iudicium non differt a Nõõe nihilque aliud est quam Nõõ connexionis aut repugnantiæ rerum.

Ergò unica est cogitãõ mentis, putà Nõõ.

Resp. neg. ant. Judicium enim non est nõe comparatio et repugnantiæ rerum sed est assensus vel dissensus mentis nõi rerum V.G. Judicia quæ de Deo feruntur non sunt ipsa nõe mentis, sed assensus huic nõi datus quo affirmamus Deum talem esse qualis menti nostræ repræsentatur, hoc est, Deum esse infinitum, æternum, justum &c.

Objicies 2° contra alteram conclusionis partem. Illa divisio non est legitima cum membrum unum in aliis includitur.

Atqui postremæ cogitabundum divisionis membra aliqua in alio membro includuntur, Ratiocinãe et Methodus in Judicio.

Ergo legitima non est cogitabundum divisio in quatuor memoratas species.

Resp. dist. maj. Illa divisio non est legitima cujus unum membrum includitur in alio formaliter, Concedo. Cujus unum membrum in alio includitur materialiter, nego. simil. dist. min et nego cõam. tunc unum divisis membrum includitur in alio materialiter quando in ejus compositõe sic venit ut de illo dici non queat in recto casu, linea V.G. Includitur materialiter in superficie. tunc verò aliquid includitur in alio formaliter quando ejus compositem sic ingreditur ut de illo dici possit in recto casu. animal V.G. Includitur in hõe formaliter quia in recto casu dicitur, hõs est animal. Certè ea divisio non est legitima cujus unum membrum includitur in alio formaliter, unde vana foret divisio viventis in animal et hõem, sed ea divisio

legitima haberi debet, cujus unum divisionis membrum includitur in alio materialiter. sic optima habetur ab ōibus divisio magnitudinis in lineam, superficiem et solidum, quamvis materia lineæ contineatur in superficie et materia superficiei in solido. Vero in secundâ divisione cogitabum mentis unum membrum in alio includitur materialiter tantùm, Ratiocinatio V.G. Includitur materialiter in Judicio specificè sumpto; sed non includitur in illo formaliter. Illud membrum includitur non in Judicio formaliter quod habet rationem formalem distinctam a ratione formali Judicii specificè sumpti. atqui ratiocinatio habet rationem formalem distinctam a ratione formali Judicii specificè sumpti quemadmodum in conclusione probandâ demonstratur. Ergo. Ratiocinatio V.G non includitur formaliter in Judicio specificè sumpto. idem dicendum est de Methodo ergò Judicium et ratiocinationem.

Objicies 3°. Methodus a Judicio et ratiocinatione diversa non est.

Ergo tres tantùm sunt cogitabum species.

Resp. neg. ant. Nam Methodus peculiarem habet cogitandi modum a Judicio et ratiocinatione distinctum in quem dantur regulæ particulares.

Prob. ant. Methodus disponit cogitationes mentis vel affirmando vel negando simpliciter vel demonstrando.

atqui si primo modo se habeat, non distinguitur a Judicio specificè sumpto, si secundo modo distinguitur a Ratiocinatione.

Ergo Methodus non est diuersa à Iudicio et rãocinãde
Resp. 1o retorqueri potè argumentum hoc modo rãocinãs
concludit vel affirmando vel negando. atqui Iudicium non
differt à Iudicio affirmante, Iudicium posteriùs non differt
à negante judicio. Ergo Rãocinãs non differt à Iudicio.
Negabit aduersarius valere hoc argumentum, quia
licet rãocinãs in hoc conueniat cum Iudicio quod
affirmet aut neget, aliud tamen est objectum
formale judicii, aliud rãocinãdi; quâ de causâ
Iudicium et rãocinãs distingui debent tanquam
diuersa mentis cogitãdes. pariter eãdem adhibitâ
responsione.

Resp. 2o neg. min. licet enim methodus cogitãdes
disponat vel affirmando vel negando, vel eh'um
demonstrando, quoniam tamen objectum habet
formale sibi peculiare, distingui debet a rãd=
cinãde.

Iam vero quoniam in aliquo distribuendo
opere eam maximè diuisionem amplecti decet
quæ facilior est, et distinctioni cognitionis ma=
gis inseruit, Postremæ cogitãdum in quatuor
species diuisioni adhærebimus, et quatuor in
tractandâ Logicâ partes instituemus, adeò
ut de Nõe primùm dicamus, tum de
Judicio, posteà de Rãocinãde, ac demum
de Methodo.

Sed rursùm in duas sectiones partiemur
unamquamque Logicæ partem, et eâ quidem
de causâ quod cogitãs in homine duos inclu=
dat respectus, unum ad mentem, alterum

ad voces, hoc est, ad nomina seu verba; ad mentem quidem cujus modificatio est: ad voces autem quibus significatur, et aliis detegitur cogitatio: Multùm verò interest ut cogitatio secernatur à sermone.

Utrius que cogitationum in hoc considerationis meminit auctor jam laudatus libri cui titulus est L'ART de PENSER, et hujus necessitatem perspicuè ostendit: auctoris verba propria Libri Idiomate Refero. Que si les reflexions que nous faisons sur nos pensées n'avoient jamais regardé que nous mêmes, il auroit suffit de les regarder en elles mêmes, sans les revetir d'aucunes paroles ny d'un aucun autre signe; mais parce que nous ne pouvons faire entendre nos pensées les uns aux autres qu'en les accompagnant de signes exterieurs, et que mesme cette accoutumance est si forte que quand nous pensons seuls, les choses ne se presentent à notre esprit, qu'avec les mots dont nous avons coutume de les revetir en parlant aux autres, Il est neccessaire dans la Logique de considerer les Idées jointes aux mots, et les mots joints aux Idées. Quod in Ideis considerandis faciendum esse docet hic auctor, Id de aliis mentis nostræ cogitationibus faciendum est.

Finis Prolegomenorum Logicæ

Pars I.a

Logica

De Notione et Ideâ

Prima Logicorum cura

in nōtem et Ideam impendenda sunt, quandoquidem ex diligenti utriusque animadversiōe velut ex fonte veritatis ōis cognitio et de disserendi legitimum opus pendet. sub duplici respectu mox designato nōtem et Ideam considerabimus, vel rāone mentis et intellectus vel rāone signorum seu nominum quorum beneficio declaratur.

Sectio Prima
De Notione & Ideâ
In mente consideratis.

Quanquam nōtem et Ideam in mente con-siderare hoc loco nobis proponimus minimè

tamen volumus scrutari ea quæ ad illius theoriam, natura, V.G. Proprietates, aut originem pertinere possent. Et quippe explicare solius Metaphysicæ est quatenus de mente nostrâ agit prout in se est, sed in tantum intendimus ut modum doceamus quo Nõa et Idea in ordine ad veritatem se habeant.

Quod ut assequamur quatuor instituemus capita in quibus seigillatim dicemus de definitione, proprietatibus, selectis speciebus et regulis Nõis et Idea.

Caput Primum

In quo breviter definitur Quid sint Notio et Idea.

NOTIO uno nomine appellatur prima hæc mentis cogitatio, a Græcis et Platonicis maximè vocatur Idea, a Latinis species et Nõa, a Scholasticis Ens Barbarâ voce apprehensio. Nõis et Idea voces usurpabimus non promiscuè tamen, sed ubi stricto sermone loquemur.

Nõa definiri potest primæ mentis cogitatio quædam conceptus tantum aut animadvertentis, sive est simplex mentis aspectus ad ea quæ cognoscuntur. V.G. Cognitio et observatio solis, terræ, quadrati, de quibus adhuc nullum Judicium ferimus, est nõa: Verùm scit suâ quisque conscientiâ admonente quid sit hæc mentis affectio; multòque melius docet nos hic intimus mentis cogitantis sensus, quid sit nõa, quàm voces exactæ, quæ frustrà ad explicationem tum nõarum tum cæterarum mentis affectionum conquirentur.

Res extrà mentem positas, quam mens cognoscens intuetur, vocatur Idea: quæ nihil aliud est, quam species menti exhibita; per ipsas verò species non intelligi debent imagines in cerebro depictæ. Sed illud dē quod animo nostro obversatur, dum verum est nos conijcere aliquid. Undè maximè animadvertendum est, nihilbet nostræ Nōni respondere Ideam. Nam dum sensu aut imaginādo cognoscimus, nullæ nobis adsunt Ideæ rerum; sed ubi Intelligentiā purā naturas rerum videmus, et contemplamur præter Nōdem, hoc est, affectionem intimam mentis nostræ nobis repræsentantur aliquarum rerum Ideæ.

Ex quibus sequitur discrimen esse inter Nōnem et Ideam. Nō est modus seu affectio mentis cognoscentis quæ prōindè cuique menti peculiaris est, et nonnunquam in eodem homine diuersa variis temporibus: Nam sensāo V.G. quæ species est nōbis unicuique nostrūm propria est, et in infinitum diuersa in hōibus. Idea verò eadem semper est et ōibus communis: ōes enim eodem prorsus modo concipiunt figuras varias, Circulum, Quadratum, Triangulum.

In scholis nos distinguitur Nō, aut ut loquuntur apprehensio ab Idcā, sed duplicem secundum Ideam, aliam formalem, aliam objectivam. formalem Ideam dicunt esse formam seu affectionem mentis cognoscentis citrà affirmādem vel negādem; objectivam verò Ideam nominant objectum, seu rem ipsam quæ concipitur, sed nos alumus dua ista quæ diuersa sunt distinctis etiam vocibus distinguere.

Hæc omnia quæ plurimūm difficultatis habent ad examen revocabuntur, apertioraque fient in Metaphysicā ubi de naturā et origine Idearum

exagitando et comparando celebriores sententias accuratè dicere conabimur. Nunc sufficiat notionem breviter definisse.

Caput Secundum
De Proprietatibus Idearum

NOn hic quærimus proprietates nobis quæ cumque mentis modificâe has enim in Metaphysicâ exponemus. Sed Investigamus Idearum proprietates quæ ipsis in quantum Logicæ regulis subsunt, possunt competere: sunt autem ejusmodi, Veritas, Evidentia atque Distinctio de quibus dicendum est duobus articulis.

Articulus 1.us
De Veritate Idea

VEritas grâtiam hic accipitur pro convenientiâ, seu conventione cognitionis nostræ cum re cognitâ.

Sed veritatem definiri sæpius expedit ergò Ideam et Judicium quæ duo sunt rerum cognoscendarum modi grâles.

Veritas Idea est ejus consentio cum rei cognitæ naturâ citrà affirmationem aut negationem, hæque aliquando vocatur veritas simplex.

Veritas Judicii consistit in compositione rerum consentientium per affirmationem, et in dissunctione rerum oppositarum per negandi actum. Judicii

Veritas vocari solet composita.

Econtrariò falsitas cognitiõis seu error, est cognitiõis discrepantia à re cognitâ; specialiùs verò dici potest Iudicionum nostrorum a rebus discrepantia: inest enim hõi error noster in actu judicandi: quod quovis modo intelligendum sit alibi demonstrabimus. Nunc explicare satis erit nium Idea omnis sit vera, Differentiam Idearum habendam esse volunt pluriumi, Omnis Idea sive simpler est vel complexa ut sequenti capite ostendemus. Simpler Idea ea est quæ vel rem unicam vel modum unicum representat. Composita verò ea est quæ rem simul cum modo exhibet. hanc quidem Ideam simplicem veram esse essentialiter concedunt, at complexas Ideas erroris capaces esse perhibent.

Verum cum natura ipsa Idea constet ejus veritas non autem in adjuncto et differentiâ Idea simplicis Ideam secundum naturam suam Idcoque Idea hõi modo veram esse censeo.

Conclusio

Idea secundùm naturam suam vera est, nunquam falsa.

Probr. Species quæ secundum naturam suam consentiens est cum re quam representat, vera est secundum naturam.

Atqui Idea secundùm naturam suam consentiens est cum quam representat; nisi enim consentiens esset cum re, rem hõinò non representaret, quemadmodum tabella nisi similis hominis sit,

hõem non repræsentat.

Ergo Idea secundum naturam suam vera est.

Monitum Primum.

Quod de Idea affirmatur, id de nõe dici debet et demonstrari potest seu g̃nali hocce argumento quod cũ nõe expers sit affirmatis aut negatis peculiari observãe finium aut usuum imaginatis, sensatis, cæterarumque Nõis specierum, quæ finibus suis ex naturæ institutõe præscriptis nunquam aberrant, quemadmodum alibi ostendemus.

Monitum Secundum.

Quamvis Nõe ois sit vera in se occãe, nihilominus error seu falsi Judicii, V. G. nõe canis, cum præsens Lupus esse potest occãe cur judicetur animal vidum canem esse, ea est enim mentis nostræ volubilitas ut in Ideis considerandis vix consistat, sed quam cito in Judicium prorumpat mora impatiens.

Responsiones ad objecta.

Objicies 1.º Illa cogitatõ ratõe sui falsa esse potest quæ non est consentiens cum objecto suo.

Atqui nõe etiam illa quæ cum Idea conjuncta est, potest non esse consentiens cum objecto suo V. G. Consentiens non est cum objecto suo nõe Lupi præsentis cane.

Ergò Nõe Ratõe sui falsa esse potest.

Resp. neg. min. hujus exemplum in confirmãem datum sic explico. Nõe Lupi præsentis cana non est consentiens cum objecto remoto, seu potius cum

rerum subjectâ, Concedo. Nonens consentiens cum objecto proximo seù cum re menti objectâ, Nego. Objectum cogitationis dupler distingui potest presertim cum agitur de rebus sensibilibus, Proximum et Remotum seu impropriè dictum. Objectum cogitationis remotum est res ipsa sensibus objecta, cujus occasione mens aliquâ cogitatione afficitur. Objectum proximum est res cogitata siuè illa diuersa sit ab eâ quæ cogitandi occasionem animo præbuit, siuè non. Nõõ lupi viso canem nomen consentiens cum objecto remoto, seù cum cane qui sensibus objicitur; sed consentiens cum objecto proximo seu seù cum re objectâ menti concipienti: Namtunc lupus cogitatur non Canis; et proindè vera est ista Nõõ.

Et verò ità se habet ista nõõ præsente cane, sic se habet tabella genuinis Lupi depicta colonibus ab hõe qui voluisset non Lupum sed canem pingere. Atqui tabella hæc etsi non respondeat pictoris intentioni vera est lupi tabellæ non falsa est imago canis, cujus speciem non exhibet, sed nulla hujus imago est. Ergo pariter nõõ Lupi habitâ occasione canis organa sensuum afficientis verisimna est relativè ad objectum seù lupum cogniti, non falsa sed nulla canis Nõõ.

Inst. Eatenùs Idea consentiens est cum re objectâ menti quatenùs cùm re sensibus objectâ congruit.

Atqui ex concessis prædicta Nõõ non congruit cum re sensibus objectâ.

Ergo perceptio Lupi præsentes canem nomen consentiens cùm re menti objectâ.

Resp. neg. ~~Nõõ~~ maj. Res enim sensibus objecta potest esse occasio cur mens cogitet de aliâ re, cum quâ habet aliquam similitudinem. Sic

canis eminùs spectatus potest esse occasio cur mens de lupo cogitet.

Prob. maj. Tam nõo ut sit vera debet esse consentiens cum re præsenti et repræsentandâ quam Judicium.

Atqui Judicium nostrum ut sit verum debet esse consentiens cum re præsenti et repræsentandâ.

Ergo pariter Idea ut sit vera debet congruere cum re præsenti et repræsentandâ.

Resp. neg. maj. et paritatem. Rão disparitatis est quòd Judicium quod saltem nõnes sensuum consequitur primò et per se respiciat rem externam et sensibus præsentem; unde non fertur de re per Ideam repræsentatâ, sed de illâ quæ sensus nostros commovit, ad quam mens refert sensationem suam, contrà verò Idea respicit tantummodò objectum interius, et repræsentatum menti. atqui si ad rem externam et sensibus obviam refertur, hoc ex se non habet, sed ex intentione hominis concipientis, ejus propter Idea ut sit vera, non debet esse consentiens cum objecto præsente et extante. Judicium autem ut sit verum debet consentire cum re externâ, quæ nõbis causa occasionalis fuit.

Prob. maj: vitiosa est nõo hõis qui aliud a re oculis præsente concipit, Lupum V. g. Dum canis adest. sit aut vitiosum est judicium quod rei præsenti consentaneum non est.

Ergo pariter ut nõo sit vera debet ea esse consentiens cum re præsenti et repræsentandâ.

Resp. Dist. ant. Vitiosa est canis nõo propter cogitationem omissam, Concedo. propter seipsam seu propter objectum conceptum, Nego. Vitiosa quidem est nõo hõis qui loco canis ob oculos positi lupum absentem concipit; vitiosa inquam est hujusmodi cogitatio

seu potius arguendus homo est propter cogitationem omissam eò quod non habuerit Ideam haereticae canis quem satius ex mente tum conceptum esse: sed minimè arguendus potest in se Lupi cogitatio, quae cum suo exemplari, nempè cum lupo consentit, non secus ac pictor, qui cum promisisset et optasset Regem pingere, principem alium suis pinxisset coloribus, argui posset non propter commissum sed propter omissum opus.

Objicies 2.° Illa cogitatio est falsa; quâ distentanea conjunguntur.

at quia complexa Idea quandoque distentanea conjunguntur V. G. Idea corporis cogitantis repugnantia conjunguntur.

Ergo complexa Idea saltem Idea falsa esse potest.

Resp. dist. maj. Illa cogitatio est in se falsa quâ distentanea conjunguntur per affirmationem aut negationem, Concedo. Per appositionem unius Ideae ad aliam, Nego. limit. dist. min. et nego eam. Illa quidem cogitatio falsa esse potest in se per quam distentanea aliquando conjunguntur per affirmationem unius Ideae ad aliam, vera enim et opportuna rerum sit disjunctarum et abhorrentium comparatio, mentis V. G. cum corpore, virtutis cum vitio. Porro ideae complexae res distentaneas quandoque conjungunt per affirmationem aut negationem appositionem plurium Idearum, In quantum mens ad Ideas distinctas continuatâ attentione attendit. at Ideae complexae res distentaneas non conjungunt per affirmationem aut negationem, cujus expertes sunt cum remanent Ideae, Proindè nec complexae Ideae ratione sui falsae esse possunt.

Appendix

De Ente Rationis.

Quoniam mens nostra errori obnoxia est, quidam è Scholâ Pythi dixerunt hanc posse res concipere aliter quam sint, aut esse possint. Id autem quod ipsis videtur ità concipi, vocaverunt ens rationis, seu simpliciter seu cum hoc addito, objectivum purum.

Ens rationis ab iis definitur id quod habet esse objectivè in intellectu tantùm, hoc est, id cui nullum aliud attributum convenit, quàm concipi eò quòd extrà intellectum, neque sit neque esse possit, propter manifestam attributorum se mutuò excludentium repugnantiam: Breviùs dici potest Idea rei impossibilis, seu quæ complectitur duas res inter se pugnantes: talia dicuntur mons sine valle, baculus sine extremis, circulus quadratus &c. Sed hæc ita nequaquam mentis conceptus sunt; nec proindè possunt in mente existere. Undè sit

Conclusio.

Non datur ens rationis

Probr. Ens rationis id dicitur quod existit mentè objectivè in intellectu, sicùt definitur Idea rei impossibilis, et possibilis.

Atqui non datur talis Idea; nec enim illa daretur, deberet mens duarum repugnantium Idearum convenientiam percipere; atqui mens non potest duarum repugnantium Idearum convenientiam percipere. Nam convenientia duarum inter se pugnantium

Idearum

Deorum non est nec esse potest, P.E.G. Conjunctio Rotunditatis et quadraturæ in circulo quadrato nec est nec esse potest. Atqui mens non potest concipere id quod nec est nec esse potest, nihili enim nullæ sunt proprietates, proprietas autem est posse concipi. Ergo mens rerum inter pugnantium convenientiam percipere non potest. Ergo non datur Idea rei impossibilis.

Ergo non datur Ens rabis.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1.o Mens potest concipere res aliter quàm sint aut esse possint.

Ergo fingere potest ens rabis.

Resp. neg. ant. neque enim potest mens concipere id à quo affici non potest. atqui mens non potest affici ab eo, quod nec est nec esse potest, nihili enim nullæ sunt proprietates aut vires; Ergo mens non potest res concipere aliter quam sint aut esse possint.

Inst. Mens errare potest.

atqui non erraret mens nisi ubi res concipit aliter quam sint aut esse possint.

Ergo mens potest res concipere aliter quam sint aut esse possint.

Resp. neg. min. Non enim erraret mens quia res concipit aliter quam sint aut esse possint, sed quod judicare velit sicè ex malâ fide, sicè ex festinatè, et levitate naturali de iis quæ non concipit: Error etenim oritur ex judicio quod plura complectitur et definit, quàm cognitio intellectus repræsentat, quemadmodum alibi demonstrabimus in dissertatè de modo inquirendæ veritatis. Et vero si quis impius Deum esse crudelem velit, errat non quia Deum

crudelem concipit, sed propterea quod non attendens ad Ideam Dei temerè judicat Deum crudelem esse. Falsum igitur est hôem non errare, nisi ubi res concipit aliter quàm sint aut esse possint.

Prob. min. Mens judicare potest rem aliquam esse quàm reipsa sit.

Ergo potest rem concipere aliter quàm sit.

Resp. neg. cām. Disparitas est quod mens dùm res concipit passivè tantùm se habeat videns rem quæ affecta est tanquam ab exemplari a quâ certe aliter quam reipsa sit effici non potuit; sicut cera nunquam nisi genuinis ejus quæ imprimitur sigilli caracteribus affici potuit; atqui mens judicando se fert ad rei assensum vel dissensum dependenter tantùm a quibusdam notitiis quorum aliæ quidem ad rem judicandâ connexionem habent, ut perspicuæ Ideārum aut Dei revelatio; aut ipse sensus ultimus mentis nostræ; aliæ verò connexionem non habent necessariam cum re judicandâ, sed tantùm aut contingentem, aut dubiam et incertam, aut etiam aliquando nullam habent, tametsi specie tenùs cum illâ connecti videantur; qualia sunt hôis testimonium, relāō sensuum, pravus hui amor ac mala cupiditas. Dùm verò hujusmodi testimoniis aut fallacibus aut saltem magnoperè dubiis se mens malè credula committit, deludi variis erroribus potest in ferendo Judicio.

Objicies 1°. Quidquid habet notitiam aut significationem aliquam potest Ideâ concipi.

atqui res impossibiles sèpiùs rabis habet notitiam et significationem aliquam.

Ergo res impossibiles possunt Ideâ concipi.

Resp. neg. min. Quæ enim eatenùs judicantur Impossibilia, quatenùs non possunt concipi,

ca non habent in mente notitiam et significaõem aliquam.
Atqui res impossibilis eatenùs judicatur impossibilis quatenus concipi non potest. Ergo res impossibilis seu ens vãõ non habet in mente notitiam et significaõẽ aliquam.

Inst. Sit hic sermo, Deus est crudelis, non habet suam notitiam et significaõem, qui illum profert non intelligit quæ dicit.
at qui falsum consequens.
Ergo et antecedens.

Resp. neg. sequelam majoris. si quis dicat Deum esse crudelem, concipit Deum, concipit crudelitatem: atqui hoc ~~est~~ satis est ut qui impius Deum crudelem esse dixit sermonem suum intelligat. Ergo quamvis hic sermo, Deus est crudelis, non habeat suam notitiam et significaõem, in quantùm Deus concipiatur ut crudelis, qui tamen eas voces usurpat intelligit quid ipse dicat.

Objicies 3°. Multi judicant ens vãõ esse possibile, V.G. Possibile esse corpus judicans.
Ergo concipiunt ens vãõ

Resp. neg. cõam. nam plerumque de rebus illis nos judicare contingit quas dinò non concipimus quod ciem fit, tium fit quod judicia nostra magis patent quam illud quod cognoscere intelligendo potuerimus.

Inst. Nõ antecedit judicium, hoc quippe sit suprà ideas anteà habitas.
Ergo si multi judicant ens vãõ esse possibile, hoc idem concipiant.

Resp. Dist. ant. Notio attributi et subjecti seù verum de quibus judicatur antecedit judicium

Concedo. Nõ connexionis seu repugnantiæ attributi cum subjecto antecedit Judicium, Nego. vel subdistinguo. antecedit Judicium quando rite et utpar est judicamus, Concedo. Dum temere judicamus, nego. Itaque Judicii nostri auctorio esse potest duplex nõe, vel nõe attributi et subjecti seorsim, vel nõe attributi cum ordine ad subjectum quocum conjunctum est, aut à quo divisum est. Certe cum judicium nihil aliud sit quam conjunctio aut separãe attributi et subjecti necesse est Judicii nostri præire attributi et subjecti nõem. Imò si judicare volumus rite, atque ut par est in materiâ Sphicâ, cujus absoluta veritas conjuncta est cum evidentiâ cujus debemus antea expendere an Ideæ subjecti et attributi habeant inter se connexionem vel repugnantiam ut si eas inter se convenire videamus, conjungamus affirmando; si verò repugnent inter se, eas negando separemus. Verùm ubi temerè quod sæpius contingit, judicamus, menti judicanti non præluceat nõe convenientiæ aut repugnantiæ subjecti et attributi. atque adeo male concluditur eos concipere ens rãois qui judicant ens rãois esse possibile.

Objicies 1.° ab eo cognoscitur ens rãois a quo definitur.
Atqui ens rãois a nobis definitur.
Ergo a nobis cognoscitur ens rãois.
Resp. dist. maj. ab eo cognoscitur ens rãois sumptum formaliter et in abstracto, a quo definitur, Concedo. sumptum materialiter et in concreto, nego. Concedo min. et simil. dist. cons. Ens rãois sumptum formaliter et in abstracto à nobis cognoscitur, Concedo. Ens rãois Ens rãois sumptum materialiter et in concreto Neg. à nobis cognoscitur, nego. Ens rãois cognitum dici

potest, vel formaliter et in abstracto, quando cognoscitur in quo posita sit essentia entis rationis. Tunc vero cognoscitur materialiter et in concreto quando cognoscitur aliquod ens rationis in particulari, V.G. Circulus quadratus. Equidem ab eo cognoscitur formaliter ens rationis a quo definitur, quia hic clare cognoscit in quo posita sit ejus essentia. nego verò ens rationis materialiter et in concreto sumptum cognosci ab eâ a quo definitur quia hic hoc dicto non cognoscit aliquod ens rationis, neque circulum quadratum, neque caulem sine duobus extremis.

Jam verò si nullum detur ens rationis inutiles sunt quæstiones plurimæ quas scrutantur etiam quidam Pthi, per quam V.G. facultatem fiat ens rationis, an per voluntatem an per intellectum, tum a quo intellectu fiat, an a divino, angelico, an humano. nam hæ quæstiones contradictionem in ipsis terminis involvunt.

Articulus Secundus
De Evidentiâ et Distinctione Idearum.

Idea clara ea est, quæ rem ita exhibet ut sola mentis attentione cognoscat: quales est Idea corporis ejusque figurarum.

Distincta Idea est ea quæ aliquid ab omnibus aliis ita sejunctum exhibet ut minime eorum confundi possit: quales sunt Ideæ circuli quadrati: conjunctæ sunt omnes istæ Idearum proprietates; nam eadem Idea quæ clara est, est etiam distincta, et vicissim.

Cartesiani et Scholarum Phi confusas et obscuras aliquas Ideas existimant: iisque obscuram Ideam vocant eam quæ menti attendenti liquidò non apparet. Confusam verò nominant eam quæ multa simul permiscet. In exemplum vulgo afferunt coquidem qualitatum sensibilium, caloris, frigoris, colorum, luminis.

Sed Cartesium hac in parte deserit Phus eximius Pater Malbranchius presbiter Oratorii Dñi JESV. Is per Ideam ex tantùm cognosci putat quæ clarè et distinctè menti repræsentantur secundum naturam suam et suas plurimas proprietates. qualitates verò corporum sensibiles quæ confusæ et obscuræ Ideæ cognosci Cartesiani videntur per sensum intimum, minimè verò per Ideam cognosci arbitrantur.

Hujus opinionem amplector quoniam cogitationes qualitatum sensibilium nullum mihi habere videntur rationem Idearum. Neque enim dum cognosco debere me aut aliâ affectione sensibili mentem meam modificari, quidquam mihi videtur, ad quod convertere me possim, ut illas affectiones cognoscam. Cum tamen Ideæ officium peculiare et essentiale sit ut aliquid repræsentet, certè quisquis secum conferre voluerit et ex conscientiâ non ex anticipatis puerilibus opinionibus considerare et videre quàm dissimili modo se habeat mens nostra dum corpus, et corporis figuras contemplatur, aut dum qualitates sensibiles sentit, fateri et puto non gravabitur prioris generis notiones haberi per Ideas quæ naturam rerum repræsentent; Cogitationes verò qualitatum sensibilium sive Ideis illis consistere; quoniam nullum habent exemplar in quo qualitates sensibiles intueri possimus,

nihilque ea sunt præter qualitatum ejusmodi sensum intimum, quo admonita mens nostra novit se affici hoc vel illo modo seu hanc vel istam affectionem se intùs suscipere. Quapropter nulla propriè loquendo esse videtur obscura vel confusa Idea.

Caput Tertium

De Diuisionibus Notionis et Ideæ.

Conveniens est ut Nõs dividatur secundùm ab Ideâ in species suas.

Species Notionis.

Summatim perstringo species nõnis universaliores, atque de Ideis nunc dico magis ut ipsarum ad cognõem rerum utilitatem propriam distinguam, quam ut diligentiùs inquiram earum naturam et differentias absolutas, quas exponit Metaphysica.

Tres sunt Nõnis gnãles species Intelligentia pura, Imaginãtio, et Sensãtio, quas definiri antèa opportuit ubi de de diuõibus Nõnis in compendio.

Intelligentiâ purâ mens novit naturam rerum et quidquid sine imagine corporeâ intuetur; Imaginando vero et sensâo mens novit corpora physica, et quidquid sui corporis curam et ubilitatem attinet. Imaginãe et sensãõ ita hõibus familiares sunt ut nihil se cognoscere existimant plerique, nisi cum mens propter imaginem sensibilem aut motum aliquem corporis res concipit. Verissimum tamen est nos concipere multa quæ imaginari aut sentire nec debemus nec possumus, atque ut familiari unico exemplo res ista demonstretur figuram tribus quatuorve angulis distincte imaginamur, sed centum aut mille angulorum alicujus figuræ imaginari nequimus; Intelligentiâ tamen puræ accuratissimè istam angulorum multitudinem novit, ut potè quæ proprietates hujusmodi figurarum explicat et distinguit. Quo autem modo quâvè de causâ fiat ut mens nostra quæ sola incorporea est imaginibus in cerebro depictis aut exteriorum corporum motibus sensuum organa ferientibus cognoscere res possit imaginando vel sentiendo, non immeritò dubitantur et auxiè quæritur Philo. Causa hujus rei est lex statuta a Deo mentem inter et corpus, ut ex occasione quarundam mentis cogitationum motus aliqui in corpore consequantur, et vicissim propter excitatos in corpore motus quædam in mente cogitationes oriantur. Sed hæc de conjunctione mentis et corporis dogmata novæ Philiæ in Metaphysicâ tantum probabuntur. Similiter quot modis Intelligentiâ purâ res cognoscantur, ibidem scrutabimur, et quâ fieri potest faciliori methodo evolvemus.

Species Ideæ.

In dividendâ Ideâ eadem habuerunt alii ejus causæ seu originis, alii materiæ ejus seu objecti alii modi quo objectum ab Ideâ repræsentatur. Cartesiani qui Ideam cum nōne confundunt triplicem distinguunt Idearum originem, Deum, Res sensibiles, imò ipsam mentem; Tres ideò earum species, ac classes faciunt, quas nominant Innatas, adventitias et factitias.

Idea innata est ea quæ statim ab ortu mentis nostræ indita est p. Deo, talis est Idea entis generatim primorumque ejus attributorum, ac modorum essentiæ, unitatis, et relationis, &c. Talis etiam est Idea primorum principiorum, tùm scientiarum, tùm morum quorum cognitio lumini naturali nōne intelligi solet: hujusmodi Ideis hōes oēs instructi sunt, quamvis ad eas animum plerumque non attendant.

Adventitias Ideas vocant Cartesiani illas quæ mentis nostræ successu temporis adveniunt occasione rerum externarum. tales esse dicunt nōnes qualitatum sensibilium, colorum, soni, odorum, saporum &c. hujusmodi Ideis seu potius sensationibus afficitur qui organis sensuum non carent hinc cæci nati colores non norunt, nec sonos surdi.

Factitia Idea est complexio ex additi juxtapositis plurium Idearum quibus informatus jam mens est. talis est Idea montis aurei quam ex Ideâ montis et Ideâ auri mens fingit. ad hujusmodi Idearum compōem movetur vel dirigitur intellectus vel ab actione voluntatis, vel a spirituum animalium nōne vel ab aliâ quâcunque causâ ut in Metaphysicâ ostendemus.

Hanc Idearum divisionem examini subjicienus in Metaphysicâ.

Nunc Idea spectata ratõe subjecti quod exhibet, dividitur.

1.° In Ideam rei, modi, et rei modificatæ affectæ quidquid enim concipitur menti exhibetur vel ut res, vel ut modus entis, vel ut res modificata.

Idea rei seu entis aut substantiæ (hæc enim tria nomina idem significare possunt) est Idea ejus quod est per se et absque alterius Ideæ consortio et animadversione concipitur, ut Idea corporis.

Idea modi entis seu attributi aut qualitatis est Idea ejus quo res est et denominatur talis, eaq; proindè Idea in re ipsâ concipitur ut Idea rotunditatis, motûs, &c.

Idea rei et modi simul seu Rei modificatæ est ea quæ repræsentat rem cum suo modo, rem quidem directè licet confusè ostendit modum, verùm indirectè seu in oppositâ casu distincte tamen; talis est Idea corporis rotundi &c.

2.° In simplicem et complexam.

Complexa Idea est ea quæ rem exhibet cum aliquo modo ut Idea corporis rotundi, hõis Pñti. Equidem Idea rei modificatæ est complexa. Rem autem seu ratõe eorum quæ conjunctim cernuntur, sed propriè et proximè complexa non est: nam proprium et proximum Complexæ Ideæ objectum est convenientia seu conjunctio rei et modi, non autem res et modus. Atqui conjunctio rei et modi seu relatõ modi ad rem est quid simplex. Ergo Ideæ rei modificatæ sunt complexæ.

Hæc verò dum res intelligitur modificata seu affecta suis attributis et perfectionibus vel animo concipitur convenientia hujusmodi attributorũ cum re, vel solùm attributa in se immediatè

concipiuntur. atqui tunc non concipiuntur immediatè attributa in se ipsis alioquin natura rei non conciperetur, sic qui hõem concipit, mentis et corporis conjunctionem physicam immediatè videt aut dinò hõem non videt concipit. Ergo dum res affecta concipitur suis attribus et perfectionibus, non ipsa attributa immediatè concipiuntur, atque adeo Idea rei modificatæ propriè et primò complexa non est

Simplex Idea est ea quæ vel rem unicam vel modum unicum repræsentat; qualis est Idea entis rotunditatis.

3.° Rãe objecti dividitur adhuc idea in universalem, particularem, et singularem; quamvis enim res quæcunque existunt sint singulares, Idea tamen rãe objecti quod exhibet considerata, alia est universalis, alia particularis, alia singularis.

Idea universalis est ea quæ potest multa singularia exhibere sive ipsa actu existant sive sint tantum possibilia, talis est Idea circuli quatenus concipitur, ut figura plana et rotunda, etenim Idea hõs circulos exhibet, non quidem distinctè, seu sigillatim sed collectivè, seu prout inter se in naturâ conveniunt.

Particularis Idea est ea quæ rem singularem quidem repræsentat sed non certam et definitam: talis est Idea seu nõs alicujus hõis, quem Petrum an Paulum esse nescimus.

Idea singularis est ea quæ rem aliquam singularem et definitam repræsentat talis est Idea Pauli.

Duo in Idea universali secernenda sunt ejus comprehensio, et extentio.

Comprehensio Idea universalis est complexio eorum attributorum sine quibus res nec esse nec concipi potest; sic comprehensio Idea circuli est rãe figuræ, planitiei et rotunditatis.

Extensio Idea universalis est multitudo subjectorum quibus hæc Idea convenire potest; si Petrus Paulus et cæteri hõs sive existentes sive possibiles in extensione Idea universalis hõis continentur.

Potest quidem extensio subjectorum actu existentium minui sine universalitatis detrimento, ac comprehensio Idea universalis mutari diuò non potest et decrescere quin hæc mutetur.

Postrema est Idea divisio rãe modi quo suum objectum representat in clarum et obscurum, distinctum et confusum; de quâ divisione vide dicta superius.

Appendix Prima.

De quinque vulgaribus Ideis Universalibus.

Solent in scholâ Phi de Universalibus egnatim in docendâ Logicâ verbosè dicere, quem tractatum sive alterum de Categoriâ qui ampla disputandi leges ipsis sunt nullum verò sciendi campum aperiunt, utilissimum judicant promovendæ adveritatem Noõni et Idea; primùm quidem qui de Ideis et terminis universalibus in genere agit ut res similes conjungere mens discat alterum qui diversas explicat species rerum, ut dissimiles ac diversas naturas distinguere possit Logicus.

Tab. I

Arbor Porphyrii



a L étoile



In his duobus tractatibus explicandis doctrinam sibi proponunt dare, Aristotelis et Porphyrii.

Aristoteles quippe Logicam traditurus rerum ôum seriem, seù ut loquuntur Categorias distinxit de de iis primum Dialectica suos librum inscripsit.

Sed quoniam subobscurus videbatur hic tractatus Phus quidam nomine Malchus cognomine Porphyrius sic dictus a purpurâ quâ utpote nobili genere oriundus utebatur, Rogatus a Chrysorio patricio Romano, ut sibi in eo intelligendo libro laboranti opem ferret Isagogen ut vocat seu introductionem aliquam in Categorias Aristotelis edidit, in quâ loquitur de Universali, ejusque Speciebus quinque sigillatim nominat, et explicat Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, et Accidens commune.

Exordium Logicæ etiam nunc peti solet ab hujus Isagoge de Universalibus interpretatione, hocq; disputão difficilioribus plurimis a quibus abstinuerat Porphyrius quæstionibus fœdiosior longiorque facta est, quales sunt istæ, utrùm universalia existant an a parte rei, ut aiunt, an saltem a parte mentis, utrum idem universale sit ingenerabile, æternum, et aliæ hujus modi quæstiones.

Quominus omnes quæstiones silentio perpetuo abscondatur, prohibet jam diuturna consuetudo scholarum, at licebit saltem earum partem maximam in Logicâ quam onerant potiùs quam ornant transferre in Metaphysicam in quâ cum de Ente in genere serio habeatur aliqua opportunior inveniretur occasio inquirendi utrùm alicubi existant naturæ universales quàm in Logicâ quæ non de rebus agit sed de

cogitandum Regulis. hîc ergo de universis de universali
quæstionibus eas tantùm assumimus quibus tractatæque explicari possent, varias Idearum universalium Species Species; quod unicum nunc a nobis Logicæ explicantibus faciendum est.

De Categoriâ verò nihil dico in Logicâ dicendum, quod etsi ad Logicam pertineat, hanc ad optimum cogitandi modum regulam præscribere ut res dissimiles et discrepantes variis ideis concipiantur, seù potiùs ut animadvertatur an discrepantes sint Ideæ quæ animo nostro repræsentantur. Spectus tamen non est rerum omnium quæ cogitari possunt naturas ac species quales sectari et distinguere, quod in Metaphysicâ quæ pars de Ente et modis entis generatim dicitur summatim indagare aptus erit.

Hæc breviter præfatus fuerit quâ animi rectè quovis consilio parùm mutatis in tractandâ Logicâ attulerit, Nunc quoniam hîc capitur Logicæ finis de speciebus Idearum universalium dicendum est in genere primò et de singulis sigillatim. Quinque Porphyrius recensuit Universalia, Genus, Speciem, Differentiam, Proprium et accidens commune, quem numerum in Ideis universalibus distribuendis servant, et hodie plerique Pphi. Quidam tamen in recentiori nimium cauti divisionem istam improbant, et malunt cognoscere duo tantùm universalia, Genus et Speciem.

Nos vulgatam divisionem retinebimus non tam quæ immediatam et proximam cum Universale possit immediatè dividi in essentiale et accidentale, sed tanquâ mediatam, et adæquatam; quod ut probetur, sit

Conclusio.

Adæquatæ annumerantur quinque Universalium classes, Genus, Species, Differentia, Proprium, et Accidens.

Probr. Tot numerari possunt Universalium Idearum classes quot sunt diversi modi quibus Idea universales intelliguntur repræsentare multa.

Atqui quinque sunt modi quibus Idea universales intelliguntur repræsentare multa, iis conveniet vel essentialiter, vel accidentariò. Si essentialiter, aut est pars essentiæ communior, et est genus, vel est tota essentia et vocatur Species, vel est pars essentiæ Specialior, iterumque vel est attributum essentiale primarium et est differentia, vel est attributum essentiale secundarium, hoc est, ab essentiâ fluens, et proprium vocatur. Si accidentale sit ~~vocatur~~ dicitur accidens commune. Ergo quinque sunt modi quibus Idea universales intelliguntur repræsentare multa.

Ergo quinque numerari possunt Idearum universalium classes, Genus, Species, Differentia, Proprium et Accidens.

hinc sequitur nomen hoc universale, dici dici posse genus respectu quinque Idearum universalium iis enim convenit tanquam pars essentiæ communior, cum dici poßt genus, Species, esse sunt universalia.

Responsiones ad Objecta.

Objicies 1° Universale duplex tantum est essentiale et accidentale.

Resp. Dist. prop. Duplex tantùm est universale secundùm diuisem primariam et immediatam, concedo. secundùm diuisionem secundariam et mediatam, nego. diuisē autem mediatā hic utimur quoniam solemni usu recepta est, estque explicatior.

Objicies 1.° Genus et Species sola sunt universalia, quod probari solet.

1.° Quia duplex tantùm est, unitas generica et specifica. 2.° Quia duplicis tantùm sunt modi inferiora quæ universali subjiciuntur. alia quæ species inter se differunt, hæcque representat genus; alia quæ numero tantùm distinguuntur, et individua quæ simul representat species. 3.° quia alia tria universalia revocantur ad genus et speciem, Color enim, V. G. qui est accidens corporis est genus respectu albedinis, flauedinis, &c. Idem dicendum de differentia, et proprio.

Resp. neg. prop. quia alio modo genus et species conuenire multis intelliguntur, alio modo differentia proprium et accidens, sicut modo probatum est, ad probationem dico.

1.° numerum Vniuersaliū multe colligi ex unitate solâ; non enim ex ipsâ tantùm numerositate desumendus est, sed ex diuersis potiùs in eum modis quibus aliquod attributum universale potest conuenire, multis, poterit autem quinque modis et inductione probabimus.

2.° Vniuersale comparari posse vel cum suis inferioribus, tùmque abstracto nomine exprimitur, vel cum suis subjectis simul, tùmque nomine concreto significatur. V. G. figura comparari potest vel cum rotunditate, quadraturâ, quæ sunt inferiora figuræ vel cum sole,

terrâ

tenâ quæ sunt ejus subjectâ. Sub duplici hoc respectu considerari et dividi potest universale; duo quidem tantùm sunt universalia, Genus et Species per ordinem ad Inferiora: quinque autem sunt si universalia considerentur tùm per ordinem ad inferiora, tùm per ordinem ad sua Subjecta: quo postremo modo universalia considerauimus et diuidimus.

3.° Etsi tria posteriora universalia ad Genus et Speciem revocentur, si comparentur cum suis inferioribus, et nomine abstracto exprimantur, ut rectè ostendit exemplum in objectione allatum, attamen si eo comparentur tùm cum inferioribus tùm cum subjectis suis et nomine concreto exprimantur, non pertinent ad genus aut ad speciem, sed sunt species universalium peculiares; V.G. Color respectu lactis, marmoris, &c. neque genus est, neque species, sed accidens, cum neque sit pars eorum eorum essentiæ communis, neque totæ eorum essentiæ, sed iis contingenter tantùm conueniunt.

Objicies 3.° Differentia generica et specifica duo constituunt universalia: idem dicendum est de Proprio, et Accidente generico et specifico.

Resp. neg. prop. hæc enim tria eodem modo multis conueniunt. Intelliguntur:

Differentia tam generica quam specifica tanquam pars essentiæ specialior, proprium seù genericum seu specificum tanquam attributum fluens ab essentiâ, seù cum essentiâ conjunctum. Accidens denique generi cum ac specificum tanquam attributum contingens. atqui ea quæ conuenire eodem modo multis intelliguntur, distincta non faciunt universalia. Ergo differentiæ generica et specifica duo non constituunt universalia distincta; pariterque proprium generi cum et specificum et accidens tam genericum quam specificum, duo non constituunt universalia.

Prob. prop. Idèo genus et species duo sunt universalia quod illud multis ~~dei~~ speciebus, hæc vero multis individuis conuenit.

atqui pariter differentiæ generica multis speciebus, specifica vero multis individuis conuenit: V.G. Sensitivum quod est differentia generica hôis, convenit hôi et bellui; rationale autem quod est differentia hôis specifica conuenit Petro, Paulo et cæteris humanæ naturæ individuis.

Ergo differentia generica et specifica duo constituunt universalia.

Resp. neg. maj. non enim ideò præcisè genus et species duo sunt universalia

quod illud de multis speciebus, hæc de multis dicitur individuis, sed quod genus tanquam pars essentiæ communior, species verò tanquam tota essentia multis convenire Intelligatur.

Objicies 4.° Individuum vagum, hoc est, quod aliquid singulare et indefinitum significat, ut aliquis, est universale, cùm multis conveniat, V.G. Dici potest, Petrus est aliquis hõ, Paulus est aliquis hõ.

Resp. dist. prop. est universale et ad speciem revocandum, Concedo. Secus, nego. — multis enim convenit tanquam tota essentia.

Nunc de singulis universalibus ordine eorum servato dicendum est.

De Genere

Genus est Idea universalis quæ repræsentat partem essentiæ seù Speciei communiorem: hæc Idea exprimi solet nomine substantivo, ut figura respectu circuli et trianguli substantia respectu animalis et corporis.

Est ~~tantùm~~, inquam, pars tantùm aliqua essentiæ seù speciei, ut potè quia genus unà cum differentiâ, in suâ comprehensiõe seù ut vulgò loquuntur, intrà, aut in se continet: Sed vicissim genus in suâ extensione, seù ut vulgo loquuntur

sub se Speciem continet: sub hoc respectu genus vocatur in Scholis totum potentiale, seu universale; Species verò dicuntur partes subjectivæ, sive inferiora: nam ut in secundâ Logicæ parte videbimus, quod multa continet sub se, appellatur in Scholis totum potentiale, et a Latinis omne; partes verò sub eo contentæ appellantur partes subjectivæ seu inferiora.

Dividitur Genus 1.° in Supremum et subalternum, 2.° in remotum proximum; sed has divisiones in compendio explicatas non rerum ut protinus solvantur quæstiones non nullæ circà genus.

Quæres 1.° utrum genus unicâ relatione respiciat Species et individua.

Resp. ità esse. Nam ut in Metaphysicâ probabitur ubi de relatione, tùm sufficit unica relatio totalis quando termini relatis sunt subordinati: sic avus unicam habet relationem ad filios suos, et suos nepotes. atqui Species et Individua sunt termini subordinati, ut patefecit arbor Porphyriana, inquâ substantia unâ serie et relatione respicit corpus, vivens ~~Respiratione~~ ~~Species inferiores, quæ sunt sub se potentiæ~~ ~~tive genera; sunt sub se relative~~ ~~species et species~~ Animal homo, Petrum et cætera naturæ humanæ individua; ac vicissim Petrus unâ relatione

respicit hoem, Animal, viuens, corpus, et Substantiam. Ergo Genus unicâ relatoe respicit Species et individua.

Quæres 2° utrum genus conservari possit in unicâ Specie aliis tantùm possibilibus. hoc negant Thomistæ qui tamen concedunt speciem in unico individuo manere posse.

Resp. Genus conservari posse in unicâ Specie, modo aliæ species possibiles concipiantur. Nam ut genus conservari possit in unicâ Specie, satis est quod ipsum habeat totum suum esse in unicâ Specie, dum concipiuntur Species aliæ possibiles. atqui Genus habet totum suum esse in unicâ Specie, dum concipiuntur species aliæ possibiles; habet enim suam ~~ẽm~~ naturam seu comprehensionem suorum attributorum essentialium in unicâ Specie, suamque retinet extensionem dummodo aliæ species possibiles concipiantur quas sibi se contineat V. G. Animalitas suam haberet ~~[illegible]~~ naturam in homine et multis animalium speciebus conuenire posset. Intelligeretur etiamsi solus hõ existeret, modo tamen aliæ animalium species concipiantur possibiles. Ergo Genus conservari potest in unicâ Specie aliis

tantùm possibilibus.

Eadem est rāo Speciei ergò individua enim in unico individuo consistere posse fatentur dēi vel ipsi Thomistæ modo tamen plura alia sint possibilia, V.G. Species hōis tota in unico hōe Adamo conservabatur.

Dices. Totum non conservatur in suâ parte.

atqui genus est totum quoddam respectu Specierum.

Ergo genus in unicâ Speciē non conservatur, cæteris licet possibilibus existentibus.

Resp. dist. maj. totum actuale non conservatur in suâ parte Concedo. Totum potentiale, nego. Simil. dist. min. et nego cōam. Duplex totum distinguitur actuale et potentiale, ut in Scholis loquuntur. Totum actuale est illud quod partes habet in se, ut hōe respectu mentis et corporis quæ in hōe includuntur. Totum potentiale ex illis quod partes habet sub se aut in potentia ut figura respectu circuli, trianguli, quæ sub figurâ continentur. Totum quidem actuale non conservatur in suâ parte, ut vel solo hōis exemplo aptissimum est, quia non immente solâ nec in corpore solo sed in amborum physicè unitis, existit et conservatur; sed totum potentiale conservari potest in suâ parte dum modo alia pars de

possibiles concipiantur, nam quod habet suam ēm naturam in unicâ parte, modo tamen concipiantur partes aliæ possibiles illud conservatur in suâ parte. atqui totum potentiale totam habet suam naturam in unicâ parte, dummodo concipiantur partes aliæ possibiles; habet enim tùm suam comprehensionem, tùm suam ēm catentionem in unicâ parte, dummodo concipiantur partes aliæ possibiles, quemadmodum mox probatum est. Ergo totum potentiale conservatur in unicâ parte, modò tantùm concipiantur partes aliæ possibiles. Porrò genus est totum potentiale respectu specierum suarum, quemadmodum species totum est potentiale respectu individuorum suorum. atque adeò malè concluditur genus in unicâ specie non conservari, modo aliæ ejusdem generis species concipiantur possibiles.

Quæres 3.° utrùm formaliter sumptum genus, includatur in suis differentiis divisivis, v.g. utrùm figura sic includatur in Rotunditate Quadraturâ.

Resp. Genus non includi formaliter, hoc est, secundùm formam aut Ideam suam in suis differentiis. gnatim enim loquendo partes ejusdem totius sese mutuò non includunt. atqui Genus sic et differentiæ ejus divisivæ se habent ut partes ejusdem totius, hoc est,

Speciei, Genus quidem est pars essentiæ communis
speciei; Differentiæ verò ut partes ejus minùs com-
munes. Ergo genus sic et differentiæ ejus se se mutuò
non includunt; nec proindè genus includitur for-
maliter in suis differentiis, sed ab iis se abstrahit,
at vero si genus, figura, V.G. formaliter et secun-
dum Idem figuræ includeretur in rotunditate
et quadraturâ non conueniret univocè circulo
et quadrato. Nam rectè figuræ circulo convenis-
ens quadraturam ità includeret, ut ab eâ om-
nino posset rescindi no mente quidem, ita dicendum
foret de rectè figuræ inquadrato, quæ pariter
rotunditatem necessariò includeret. at quid dīno
repugnans est. Ergo itidem repugnat genus
formaliter sumptum, ut genus, includi in differ-
entiis suis diuisiuis.

Nihilominus genus includitur in suis differen-
tiis realiter et identicè, ut loquuntur, cum ex-
differentiæ exprimuntur nomine concreto,
et subjectum designant quod afficiunt, V.G. figura
quæ est genus circuli et trianguli, realiter
includitur, in differentiis circuli et trianguli
nomine concreto expressis; nam differentia
circuli est quod sit planus et rotundus, differ-
entia vero trianguli, est quod tribus lineis
continetur, hoc autem planum, et rotundum
est realiter figura, et omne tribus lineis clau-
sum, figura est.

Dices 1.° Genus includitur in suis speciebus,
nec tamen desinit esse univocum respectu
illarum, Ergo Idem includi potest in suis

differentiis et respectu illarum esse univocum.

Resp. neg. cõam. Disparitas est quod Idea speciei genus et differentiam complectatur. Undè cum genus possit abstrahi a differentiâ ejus compartes, potest cõenter abstrahi a specie, pars enim potest a parte abstrahi, et cõenter à toto. At conceptus differentiæ est simplex, proindèq; si genus in differentiâ includatur non poterit ab ipsâ per mentem abstrahi utpotè cujus conceptus sit simplex.

Dices 2°. Superius includitur formaliter in inferiore, ut figura includitur in Deâ circuli.

Atqui genus est superius differentiâ, sic figura est superior rotunditate.

Ergo genus formaliter includitur in differentiis.

Resp. dist. maj. Superius includitur formaliter in eo quod est inferius et directè, ac in eâdem serie categoricâ comprehensum est qualis est figura respectu circuli, Concedo. in eo quod est inferius tantùm indirectè et extrà seriem, Categoricæ, nego. simil. dist. min. genus est superius differentiâ, sed indirectè et extra seriem eandem, posita est differentia, Concedo. Genus & superius est differentiâ, ità ut differentia directè in eâdem serie categoricâ, comprehendatur, nego. quare nego cõam. Equidem superius includitur in eo quod est inferius et directè comprehensum in eâdem serie categoricâ quemadmodum se habet animal erga hõem; sed superius non

includitur in eo quod est inferius et directè comprehensum in eâdem serie categoricâ. Porrò genus est superius differentiâ, sed differentia indirectè tantùm comprehenditur in categoria sui generis, non autem directè in illâ includitur; ut colligere est ex definitionibus in compendio Metaphysicæ explicatis ubi de categoriis secundùm Aristotelem actum est. atque adeò non benè ostenditur genus includi formaliter in suis differentiis.

De Specie

Species est Idea universalis repræsentans totam rei essentiam, sivè attributum universale quod multis individuis convenit et respondetur ad quæstionem factam utrum res sit tanquam tota rei essentia. V. G. hõ est species Petro et cæteris hõibus conveniens tanquam tota eorum essentia.

Hinc species duo respicit, Genus, quod suprà se et in se habet, et individua quæ sub se, sivè in suâ extensione continet. In quantùm species comprehendit in se genus, totum actuale dicitur; in quantùm hæc suprà se agnoscit genus, vocatur subjectibilis. tandem cum individuis collata predicabilis vocatur, quoniam de iis predicari dicitur, sivè iis attribui.

Sub quo horum respectu species sit universalis quæri solet. protinùs autem evidens est cuique speciem non esse universalem, in quantùm generi subjicitur, quoniam hinc multa respicit

Est tantum universalis relaõe habitâ ad inferiora seu individua quæ sub se, hoc est, in suâ extensione continet; non tamen quod sit prædicabilis de multis, ut vulgo dicitur (nullum quippè existere universale in prædicando, ut aiunt, in Metaphysicâ probabimus primâ parte: quidquid enim prædicatur de aliquo individuo singulare est, et captum ad id de quo prædicatur) sed quod multa repræsentet, sivè quod sit Idea universalis quæ multa singularia repræsentare potest.

Sic quidem Speciei nomen sumitur apud Sphos. sed apud Jurisperitos id genus vocatur quod Sphi nominant Speciem: Species verò dicuntur quæ ii nuncupant Individua, V.G. hoem, equum dicunt esse genera, Petrum verò et Platonem vocant Species.

Usurpatum a Logicis Loquendi modum retinebimus nisi quod præter Species universales seu Logicas de quibus tantùm loquimur, Species physicas Atidembem nominabimus substantias completas ex genere et differentiâ constantes; secundùm quam acceptionem quæ in sermonibus Sphorum auditur non raro, Individua Petrus et Paulus, et cætera vocabula passim, Species Physica. Species Logica, seu Species, simpliciter dicta dividitur in subalternam et infimam quæ alibi definita fuerunt.

Speciei immediatè subjacet individuum seu singulare quod definitur id quod sub Specie contentum non potest in alia dividi inferiora

ut Plato, Aristoteles, Quidnam verò rem individuam aut faciat, aut constituat, aut distinguat videbimus in Metaphysicâ, primâ parte.

De Specie præsertim intimâ quædam breviter proponenda sunt.

Quæres 1.° utrùm dentur Species infimæ.

Resp. ità esse, nam Species intimæ sunt eæ quæ individuis immediatè conveniunt, seù quæ immediatè exhibent individua. Atqui dantur hujusmodi Species, V. G. hõe immediatè convenit Petro, Paulo: Numerus binarius cuivis numero binario. ergo dantur Species infimæ.

Et certè in rebus creatis non sunt infinita numero attributa essentialia similia. Ergo admittendum est aliquod ultimum attributum. Idea verò quâ hujusmodi attributum concipitur in se et quasi abstractum a singularibus est Species infima.

Quæres 2.° utrùm sint aliquæ Species infimæ quæ ne divinitùs quidem possint evadere genera.

Resp. 1.° hanc quæstionem ad nostrum institutũ non pertinere. quæ sunt in rerum naturâ inquirimus, non quid a Deo fieri possit; ut verò consuetudini satisfaciam.

Resp. 2.° quasdam concipi Species quæ videntur non posse evadere genera, hujusmodi sunt hõe numeri et figuræ matematicæ quæ non possunt habere ulteriorem gradum Specificum, nisi totaliter destruantur, utpotè quæ negationem alterioris gradûs seù perfectionis essentialiter adjunctam habent. Sic binarius numerus adjunctam habet negationem

tertiæ unitatis, et triangulus negatõem quarti anguli et quarti lateris.

Resp. 3° alias tamen esse species infimas quæ fortassè possent euadere genera; fortasse natura humana Deo volente multiplicis speciei esse potest.

De Differentia

Differentia secundùm vim nominis est id quo unum discrepat ab alio. Id autem quo unum differt ab alio, vel est accidentale et vocatur accidens; vel essentiale, iterùmque vel essentiale primarium, et appellatur differentia essentialis aut simpliciter differentia; vel est essentiale secundarium, et vocatur proprietas. undè tres sunt species insigniter diuersæ differentiarum quibus continentur tria postrema universalia.

Differentia essentialis quæ tertium est universale, definiri potest id ea universalis repræsentans partem essentiæ specialiorem et primariam, sub quâ attributum essentiale primarium abstractum concipitur ab Individuis naturâ diuersis et solo numero distinctis.

Si multis naturâ diuersis conueniat, vocatur differentia generica, ut rãõ substantiæ respectu mentis et corporis; si multis

numero tantùm distinctis conueniat conveniat, specifica dicitur, quia est differentia speciei ut triumlinearum concursus respectu trianguli; humanitas respectu Petri, Pauli, &c.

Duplex est differentiæ essentialis officium, diuidere genus et constituere speciem.

Diuidit quidem genus quia Idea specialis adjuncta generaliori, hanc contrahit et diuidit, ità si Idea rationalis adjungatur Ideæ substantiæ, contrahitur substantia, et diuidetur in rationalem, et irrationalem.

Sed illicò constituit speciem, si quidem species nihil aliud est quam complexio attributi communioris et specialioris, seù generis et differentiæ. Sic rationalitas additæ corporeæ substantiæ constituit mentem.

Quæres 1.° quid sit species differre.

Resp. eâ differre species quæ habent diuersas et repugnantes essentias. Ea verò diuersas habent essentias quarum unum in suâ Deâ completâ et adæquatâ includit aliquod attributum, quod a suâ Deâ pariter completâ excludit alterum. Ità se habent spiritus et materia.

Quæres 2.° utrum in unâquâque specie detur unica et simplex differentiâ cum ipsâ reciprocâ eamque constituens.

Quarumdam specierum unicam dari et simplicem reciprocamque differentiam, talis est cogitatio respectu mentis, mens enim est cogitans, et decogitans est mens: talis est etiam trium linearum

concursus in triangulo. Calet in Metaphysicâ asserunter plurima et figurarum et numerorum differentiæ.

Sed ut plurimùm unica simplexque rerum differentia dari non potest seù quia hæc nescitur, (paucarum enim rerum natura per Ideam nobis nota est) seù etiam quia talis in quibusdã rebus non est differentia; ità in corporibus physicis quorum nulla in nobis Idea est, pluriniæ congeruntur differentiæ sensibiles:- V.G. si definiendus sit lapis dicetur corpus mixtum, durum, quod in tenuissimum pulverem minui potest, non in lamineas attenuari: Ità circulum non conspicuit rotunditas solum, sed et planities simul. Si enim rotunditas dumtaxat diceretur circulus minimè discreparet à Sphærâ quæ etiam rotunda est.

Quæres 3.° utrùm in aliquâ specie sit differentia negativa.

Resp. ità esse modo in specie oppositâ aliqua sit differentia positiva; linea enim V.G. differt a superficie per negationem latitudinis et superficies a solido per negationem profunditatis.

Quæres 4.° utrùm detur differentia numerica essentialis constitutiva individui per quam Petrus numericè distinguatur a Petro et quæ in ipso dicatur Petreitas.

Resp. non aliam esse differentiam numericam quam rei cujusque existentiam, ut primâ parte Metaphysicæ probabimus; &c

enim quod existit eò ipso quod existit est individuum aut singulare, figura V.G. gratiam non potest existere.

Quæres 5.° quomodo oppsonantur differentiæ Idem genus dividentes?

Resp. Differentias quarum una positiva est altera negativa opponi inter se vel privativè vel contradictoriè, quia pugnant ut id quod est, et non est; 2.° differentias ex utrâque parte positivas oppositas non esse, sed diversas aut disparatas.

Quæres 6.° utrùm differentia superior includatur in inferiori, utrum V.G. sensitiva quam in exemplum afferre solent, includatur in Ideâ rationalitatis.

Resp. ut suprà ubi de genere cum differentiâ collato, differentiam superiorem non includi formaliter in inferiori, nam gratiam loquendo modi ejusdem rei non includuntur inter se, sed tantùm in re quam constituunt. Atqui superior et differentia inferior, sunt duo modi ejusdem rei. Ergo differentia superior non includitur formaliter in inferiori.

Si tamen differentia et superior spectetur in aliquo individuo V.G. In Petro, et concreto nomine exprimatur includitur realiter et identicè, ut loquuntur, in inferiore, sic sensitivum est quid revera idem ac rationale in Petro.

De Proprio.

Proprium est Idea universalis representans attributum essentiale secundarium, seu quod ab essentiâ rei profluere concipitur, sic veluti proprietas circuli habenda est, quod oēs lineæ a centro ad ejus circumferentiam ductæ sint æquales.

Nimirum essentiale aliquid dici potest duobus modis vel constitutivè et primariò vel consecutive et secundariò. Essentiale constitutive et primariò est illud quod ipsa rerum natura constituit, et in mentem nostram primùm venit, ubi res concipitur; qualia sunt genus et differentia specifica. Essentiale consecutivè et secundariò est illud quod ab essentiâ, sive a primariis rei attributis profluere concipitur, ~~quæ talia sunt genus~~ ac et cum iis certissime conjungitur; tali modo proprium est subjecto huic essentiale.

Non ita de Proprio censent Porphyrius, et Pōphi scholarum. Nam primo latissime usurpant proprii nomen dum quatuor ejus species enumerant ut in compendio vidimus. 2° proprium seu proprietates non recensent inter attributa essentialia sed inter accidentalia: sic quippe totam rei essentiam in genere et differentia specificâ contineri docent; accidens verò distinguunt duplici

generis, vel proprium, quod solius est alicujus speciei et quidem necessariò, vel commune quod pluribus simul speciebus convenit contingenter.

Sed primo tres priores modi attributi proprii quos nominat Porphyrius, male nominantur proprium et accidens solum modo pertinent, ut ipsorum definitionibus et exemplis apertum fit: Id solum inter proprietates rerum annumeri debet, quod quarto modo proprium appellatur, et definitur a Porphyrio id quod omni et soli speciei convenit et semper. 2.o Proprium taliter sumptum tum seu proprietates rerum inter attributa essentialia proponi debent: nam attributum essentiale est illud de quod continetur in Ideâ alicujus rei, seu quod cum rei naturâ ita conjunctum est, ut de re negari non possit quin ejus Idea destruatur. atqui proprietates rerum continentur in earum ideâ clarâ et distincta et cum earum naturâ ita conjunguntur, ut de re negari non possint, quin rei natura pereat: sic se habent divisibilitas et capacitas figuræ recipiendæ quæ proprietates sunt corporis continui. Ergo Proprium seu proprietates rerum inter attributa essentialia reponi possunt.

Equidem fateor totam rei essentiam in genere et differentiâ contineri. V. G. Naturam et Ideam circuli in ratione figuræ et planitiei, ac rotunditate esse sitam: atque adeo abstractis per mentem, seu potius non conceptis rerum proprietatibus non intelligi; sed nihil hoc impedit quominus ad essentiam

pertineant, seu essentiales dicantur rerum proprietates.

De Accidente

Accidens jam definimus cum Porphyrio quod potest adesse aut abesse a subjecto sine ejus interitu, hoc est, salvâ rei essentiâ: V.G. Albedo est accidens hõis; rotunditas cerae.

Id enim est accidenti commune est quod separari aut actu aut per mentem saltem possit a subjecto, et de eo sine contradictione aut repugnantiâ, hoc est, non sublata essentiâ negari, in quo differt a proprio quod nunquam potest sine contradictione de subjecto suo negari, neque ab eo realiter separari, quamvis subjectum sine ipso non quidem negato sed abstracto, seu non concepto intelligi possit; Ita scientia quae est accidens hominis, separari potest realiter ab homine docto sine ~~eog~~ contradictione negari quia negando scientiam de hõe docto non destruitur essentia hõis. Sic nigredo quae est accidens corvi potest non actu quidem a corvo separari, quia nusquam est corvus non niger, sed per mentem ab ipso separari potest; imò etiam ab ipso sine contradictione negari, quoniam abstracto per mentem negatâ pigredine potest corvus intelligi, neque enim aequipollent hae propositiones, hõe est doctus. hõe non est hõe. seu non est constans ex mente et corpore, aut iste Corvus non est niger, Corvus non est Corvus.

Accidentia igitur alia possunt separari a subjecto per veram et Physicam separationem et dicuntur separabilia, ut rotunditas respecte cere, alia a subjectis revera separari nequeunt sed cogitatione tantum ut candor respecte cigni, et inseparabilia appellantur. unde hæc sine contradictione quidem de subjectis suis possunt negari sed non sine omni errore aut ōibus notum esse potest.

Alias mitto divisiones accidentis in extrinsecum et intrinsecum, absolutum et relativum, de quibus nihil est quod nunc addamus earum definitionibus in compendio explicatis.

Sed modo aliquo generaliori accipitur accidens a Metaphysicis et Physicis. ab iis etiam opponitur accidens substantiæ seu quod idem est apud nos, enti, definiturque id quod præterea non existit sed quod inhæret alteri in quo existit sive essentiale sit rei, sive accidentale aut contingens.

Quapropter ut hæ duæ accidentis usurpandi rationes distinguantur, prior dici potest accidens cogitatum. posterior metaphysicū accidens aut ph metaphysicum aut physicum, seu potius ut loquuntur recentiores ōphi modus.

Appendix Altera

De

Abstractionibus Mentis.

Ob Ideis universalibus menti nostræ concreatis rerum cognoscendarum per præcisionem seu abstractionem, quæ est cogitatio unius conjunctorum aliis non cogitatis ita præcisione mentis attributum unum sine re aut sine aliis attributis, quibus cum re ipsa junctum est, intuemur, aut etiam attributa rerum in varios gradus, et velut in partes plures distribuimus: sic distinguuntur in corpore, linea, superficies, et solidum; sicque mentis nostræ sunt, considerantur in se, et quasi mentis nostræ non esset.

Cum enim habeamus Ideam entis cum modi entis, possumus ad rationem substantiæ et modi attendere, minimè cogitatis speciebus entis ac modi entis. similiter cum sint in nobis Ideæ specierum multarum entis ac modi entis, corporis V.G. generatim mens potest concipere corpus non animadvertendo ad corporis differentiam multiplicem; exempla frequentissima sunt hujusmodi abstractionum mentis.

Hæc porrò rerum per abstractio nem considerandarum methodus menti nostræ conditioni et statui maximè conveniens est. non enim ea est vis mentis nostræ ut rem aliquam totam simul inhæri possit, sed eam velut in partes secat, et seorsum considerat attributa illius essentialia. Sic in circulo primum attendimus quod figura quædam sit, tum quod sit talis figura, cujus naturam et proprietates seorsum evolvimus.

Nonnulla tantùm cavenda sunt in istâ cogitandi ratione: Imprimis verò nè eandem in ipsis rebus distinctionem putemus existere quam mens abstrahendo cogitat; etsi enim verum sit id quod vulgo aiunt, abstrahentium non esse mendacium, quo significatur errorem non esse concipiendarum in ratione rerum per abstractionem, quia revera mens seorsum attendere postulat, et debet ad varios unius rei modos. attamen turpiter allucinaretur quis quis modos unius rei distinctos esse tum inter se, tum a subjecto suo existimaret, eò quod ii sigillatim considerari possent.

Præterea danda est opera ne hujusmodi abstractiones longiùs nos quam par sit. a rebus ipsis abducant. nam ut res oculis cernimus, cum radii ab objecto prodeuntes ad eundem locum in oculi fundo fluunt. Secus confusa tantùm visio futura; sic mens non ita procul a rebus per abstractiones removenda est, ne forte distinctæ rerum imagines coire non possint, in rebus ipsis et experimentis quandoque hærendum est;

Nam communes et abstractæ nõnes speciosæ quidem nobis videntur sed sæpe nihil nobis procreant quam vanas contentiones.

Caput quartum

De Regulis Notionis & Ideæ.

Generalis hæc nõnum dãum regula esse potest, attendat quisque magnopere ad differentiam nõnum diversarum ut propriusuiuscujusque cognoscendi rãõnis usus retineatur cum enim ea sit nõnis õis proprietas, ut rãõnem sui in errorem nos non immittat; hoc unum bene observandum est, ut non immisceamus institutionem finemque proprium cognoscendi modorum quos varios fecit natura autor ad cognoscendas res modo eo quo res quasque cognoscere utilius nobis est.

Imaginãõnem quidem seu imaginandi et sentiendi vim dedit Deus, ut cognoscamus quænam utilia corpori conservando. quænam nociva ei esse possint, hoc est, ut cognoscantur qualitates corporum sensibiles, quibus õnes corporum extrà nos positorum relãõnes ad corpus proprium continentur. Verum Intelligentia pura apta nata est veritati seu naturæ rerum cognoscendæ, quippe ipsa animadvertere potest ad Ideas quibus naturæ rerum repræsentatur.

In hosce nõ unum fines proprios sedulo intendi naturæ rerum, sensibus et imaginandi vi non utamur ad judicia ferenda de natura rerum et proprietatibus earum absolutis; sed mentem potius nostram intrà seipsam contineamus ad Ideas tantum immateriales convertam.

Alterâ esto regula Ideam spectans, attendendum est ad Ideas nostras imprimis vero ad proprietates uniuscujusque.

Duæ sunt hujus regulæ generalis partes.

Prima pars quæ attentionem præcipit ad Ideam facile intelligitur, et probatur hinc ex eo quod nullum ad cognoscendas res naturales fructum Ideæ nostræ afferant, nisi ad eas attendamus diligenter et studiosè; sola quippe mentis attentio Ideas menti nostræ admovet, veritatemque ostendit, hinc etiam ex eo quod hæc ad Ideas attentio necessaria sit ad habendas cogitationes cæteras, evitandaque earum vitia; enimvero error judiciorum, aberrationes ratiocinationum et methodi neglectus aut eversio ex eo maximè oriuntur quod non sat diu ponderatæ et evolutæ Ideæ nostræ fuerint.

Secunda pars quæ animadversionem jubet ad proprietates Idearum, facile intelligitur et probatur, tum ex generali probatione primæ partis, tum et melius quidem si in quasdam subjectas leges distribuatur

1.° Igitur videndum est an Idea sit considerationi digna ut si parvi nullius momenti ea fuerit isto prætermittatur? ridiculum quippe est difficiles habere negas. porro existimandum non est

Ideam eò minori attentione dignam esse, quo familiarior est, imò quo presentior nobis est aliujus rei cognitio eo magis faciendæ et exercitendæ ut tota ipsa cognoscatur quantùm cognosci potest; vel etiam quia contingit non raro ea quæ falsa sunt et perversis inniti sensuum opinionibus probari a nobis tanquã vera et certa principia.

2.° videndum est simplexne an composita sit Idea ut si composita sit in partes distribuatur et explicetur quò etenim sunt simpliciores ideæ nostræ, eo sunt cognitu faciliores

3. Considerandum est quid conveniat, quid repugnet uniuique Ideæ. tum ex his quæ in Ideâ aliquâ includuntur, videndum quæ primaria sint attributa, quæ secundaria.

Sectio Secunda
De
Signis Idearum.

Væ Singulis cogitãum speciebus respondent genera dictionum: ea enim est Rerum conditio ut non intrà se solum cogitent, sed et suas propriis signis cogitãones manifestent ad inueniendam fouendamque mutuam officiorum

societatem: hæc proinde signa observari et legitimo observari ordine a Logicâ necesse est.

Sed quoniam hîc primùm de signis cogitationum nostrarum agimus, dicendum est tùm de signo generatim, tùm etiam de signis cogitationum nostrarum in genere, melius etenim postmodum intelligentur quæ de peculiaribus variorum cogitandi modorum signis signis ligillatim explicabuntur, sive in hac priore Logicæ parte, sive in consequentibus ejusdem partibus.

Cria proinde futura sunt hujus sectionis capita.

Caput Primum
De Signis generatim.

Signum generatim definitur id quod præter speciem sensibus objectam aliud aliquid facit in cogitationem venire. Omne igitur signum duas includit Ideas, alteram rei quæ significat, alteram rei quæ significatur, quam prior excitat.

Plurima sunt signorum genera.

1.° alia sunt certa, alia incerta, et probabilia.

Signa certa ea sunt quæ constanter et absque errore nos ducunt in rei cognitionem alicujus. Sic respiratio est signum certissimum vitæ animalium.

Signa probabilia seu incerta sunt ea quæ probabiliter tantùm nec citrà errandi formidinem impellunt nos in cognitionem rei alicujus; qualis est rubor in vultu

ôsque fere externa ad hos facies ex quâ probabilia ut plurimum et incerta petuntur de hôum affectu Judicia.

Quoniam autem discrimen istud signorum negligenter fit a plerisque hôum, temeraria ab iis non raro Judicia feruntur, dum cuidam affectui unam et definitam assignant causam, cum tamen ista idem affectus ab aliis causis produci queat.

2.° alia signa sunt quæ conjunguntur cum rebus quas significant, V. G. species sensibus externa quæ quandoque signum est animi motuum aut cogitationum, conjuncta est cum motibus aut cogitationibus significatis: Sic Arca Noë quæ signum erat Ecclesiæ militantis, conjuncta erat cum Noë ejusque familiâ in quâ tunc Ecclesia continebatur: Sic etiam Lautio Baptismi quæ figura est regeneratio Spiritalis conjuncta est cum gratiâ sanctificante.

E contrario alia sunt signa distincta a rebus quas significant: sic veteris legis sacrificia quæ signa erant Christi immolati, cum Christo Dño non erant conjuncta.

Secunda hæc signorum divisio locum dat stabiliendis pluribus sententiis aut observationibus.

Prima sententia hæc est. ex signi præsentiâ, nec rei significatæ præsentia, nec ejus absentia rectè concluditur; quæ observatio verissima est, si quædam signa separata sint a rebus significatis, alia vero cum iis conjuncta: quapropter ut ex signo judicium feratur de præsentiâ vel absentiâ rei significatæ, exploranda est conditio et natura peculiaris signi quod præsens est.

Secunda sententia. res in certo quodam statu posita signum non est sui ipsius in illo statu existentis: nam Idea signi includit aliquod discrimen inter significans et significatum. attamen res in aliquo statu posita signum esse potest sui ipsius in alio statu existentis: potest enim res una in aliquo statu se repræsentare se et in alio repræsentari; sic qui in Tragœdiâ imperatoris personam sustinuit, potest Domi repræsentare se eandem Imperatoris personam sustinentem. Ut ergo res una sit signū et res significata sufficit mutatio statûs, neque requiritur ipsius rei distinctio.

Tertia sententia. Res una et eadem potest uno tempore aliud significare et occultare, nam eadem res potest eodē tempore significare, et significari; sic pulsus arteriarum eodem tempore significat motum cordis et arteriarum, et significatur ab elevatōe carnis et cutis. potest significatur prout res est, occultare ad quod designatur prout signum: sic cineres calidi ignem simul designant et abscondunt; abscondunt quidem quia hinc non apparet ignis; designant verò, quia cineres calidi indicant ignem latere in loco. non dissimili ratōe Species Eucharistiæ possunt Christi corpus et occultare, et significare, hincque male concluditur ab Eterodoxis Christi corpus ~~absente~~ abesse, eò quod Eucharistia sit sacramentum seu signum corporis Christi.

Postrema sententia ad rationem signi necessè non est rem seu substantiam permanere; sufficit eadem remaneat ~~significatio~~ cognitio ~~atque est res~~ ~~ob~~

Nam ad naturam signi sufficit si remaneat significão. atqui ut remaneat significao necesse non est rem seu substantiam permanere, modo eadem perseuerat nõo; si quidem quandiu perseverat eadem cogitão, tandiu Idea signi conjungitur cum Ideâ rei significatæ, quapropter licèt in Eucharistiâ non remaneat substantia panis quia tamẽ organa nostra eodem modo moventur ac si illa substantia permaneret, ea quæ in nobis est sensão sufficit ad significandum Christi Dñi corpus esse panem cælestem quo anima Christianorum nutritur.

Produplici tandem modo quæ res sensibus obvia aliquid significat, natura nimirum, aut ex instituto voluntatis hõum, duplicis adhuc generis signum distinguitur, naturale seu physicum, et arbitrarium seu positivum; hoc ex liberâ hõum voluntate aliquid denotat, ut Vexillum militare; Illud secundùm naturæ ordinem aliquid designificat, ut lamentão dolorem.

Hæc quæ circà signorum tum species tùm proprietates observata modo fuerunt desumuntur ex capite quarto primæ partis libri de arte cogitandi.

Caput Secundum.

De cogitationum Signis Ac præsertim de Dictionib.

Cogitationum nostrarum signum est vel naturale vel positivum; quale cunque vero sit appellatur Locutio. Loqui porro hõis contingit, gestu nutu et voce, sed vox ea quæ syllabis tanquam articulis distincta notificandarum cogitãoum tão usitatior est. Signis ista ut cogitãões nostras explicemus, propensi et edocti sumus a naturâ; Cum enim is animi et corporis nexus ab autore naturæ factus sit, ut certos corporis motus quædam animi cogitãões consequantur, et vicissim occãões quarumdam mentis cogitãoum aliqui fiant in corpore motus; naturalis intercedit connexio inter mentis cogitãões et nutus gestus ac voces, quæ corporis mõões sunt. Sic dolor gemitu, risu lætitiâ naturaliter significantur; sic affectus pæne õnes per signa quædam naturalia in oculis, fronte, vultu, gestu et incessu ipso se demonstrant.

Verùm licèt hõis ex naturæ institutõe ad id moti fuerint ut vocibus ad manifestandas cogitãões suas uterentur, quoniam vox facile formatur, pro rerum dicendarum varietate distinguitur, a multis exci piitur et memoriâ benè retinetur;

ex hõum tamen conventione libera factum est
ut una vox potius quam altera rem certam et
definitam significet. Sunt voces eadem nec ubique
nec semper usurpatur; suis Graeci, suis Latini, suis
Galli, hispani, et quacunque alias gens loquuntur
aliis idiomatibus; sed et suam loquendi rationem in dies
mutat õis fere nãõ, quae vocabula majoribus
elegantia visa fuerunt, ea nepotibus obsoleta
et male cadentia judicantur. Hanc loquendi vi-
cissitudinem praeclare describit Horatius his de
Arte Poëticâ versibus

Ut silvae foliis pronos mutantur in
annos.
Prima cadunt; ita verborum vetus
interit aetas;
Et juvenum ritu florent modo nata
vigentque.

paucis quae interjectis versibus.

Cadunt Sermonum stri honos a
gratia vivax
multa renascentur quae jam cecidere, cadentque
quae nunc sunt in honore vocabu-
la, si volet usus
Quem penes arbitrium est et jus & nor-
ma loquendi.

Vox humana non est sonus quilibet sed spe-
ciatim sumitur pro dictione quâ ~~hõe~~ homo ad

significandam cogitaõem ubitur, hunc que in sensum definiri potest Sonus articulatus ab hõibus institutus ad exprimendas animi cogitaões.

1.º dicitur Sonus, est enim quidam aëris pulsus delatus ad aures, quo vero modo quibusve corporis nostri organis fiat ista aëris commotio in Physicâ explicandum erit.

2.º articulatus id est per syllabas quasi per articulos distinctus: maximè enim differt vox humana a confusis animalium vocibus

3.º Institutus ab hõibus penes quos est et potestas his vel illis vocibus utendi et quam velint illis significaõem tribuendi. jus

4.º ad exprimendas animi cogitaões; hoc enim est vocum humanarum proprietas et differentia a vocibus Psyttacorum et Picarum temerè voces effundentium.

Neque vero solas cogitaões sed aliquos etiam cogitandi modos vocibus exprimi contingit, adeo ut præter significaõem primariam, aliam habeant adjunctam quam accessoriam appellare possis.

Hoc porro accidere potest 1.º ex usu communi quo pacto vox illa, mentiris, quæ nihil primariò significat quandicis aliter ac sentis aliquem contemptum et aliquam lædendi affectaõem involvit. 2.º ex pronuntiandi modo, hoc est, vel vocis tono, vel specie vultûs, vel gestu, vel aliis naturalibus signis quæ dum hõis loquentis motus situmve animi referunt, propriam vocum significaõem adaugent, minuunt et vario

modo

modo mutant; hâc de causâ eædem voces diversos affectus, amorem et iram excitant. 3.o ex adjunctis oratoriis coloribus; quâ ratõe Evangelii præcones non-cognitionem solùm sed amorem etiã præceptorum legis evangelicæ in animis auditorum suorum excitare curant. Hinc liquidum esse potest aliquas esse voces honestas et verecundas, alias obscœnas et impudentes, non quod rem turpem significent (obscœnum quippe non est rem turpem exprimere modo id verecunde et selectis vocabulis fiat, sed quod præter rem turpem quam significant, impudentiam et protervitatem aliquam ex usu adjunctam habeant; hinc que factum est ut quædam voces certis temporibus honestæ et præclaræ fuerint, quæ postea accessoriam obscœnitatis, aut contemptus significationem ex usu receperint.

Hæc de vocum humanarum seu dictionum naturâ et usu sufficiant.

Quæ verò sint dictionum species ex statuto cogitandum nunc repetendum est. Ideoque quia variæ sunt dictiones quod diversæ sint cogitationes. Harum porrò duo esse suprema genera diximus, nõnem et Judicium. Duas proinde inveniri oportuit species dictionum supremas, nomen quo nõ et Idea, verbum quo judicium significentur.

Et verò quæ præterea a Grammaticis nominari solent dictiones, seu ut aiunt, partes Orationis, scilicet, Pronomen, Participium, Adverbium, præpõ

conjunctio et Interjectio, ea ões ad nomen et ver=
bum sunt referendæ quia duas cogitandi rões supre=
mas, aut quosdam saltem earum modos significant.

Nomina tantùm hic considerabimus quoniam istis
lis nões et Ideæ exprimuntur, de verbis deinceps
secundâ parte Logicæ Loquemur.

Caput tertium
De Nominibus. seu de Signis Notionis et Ideæ.

QUOD a Grammaticis nomen appellatur id
Logici appellant terminum quia nominibus
propões haud secùs ac terminis suis agri
claudumtur. hinc deinceps nomen et terminum
promiscuè usurpabimus.

Nomen ab Aristotele definitur vox ex instituto
significans sine tempore.

1.° dicitur vox, id est, sonus animalis ab ejus
pulmonibus ortus.

2.° significans, quia præter sonum aliquid aliud
menti ostendit.

3.° ex instituto, neque enim necessario conjunc=
tum est nomen cum iis quæ significat.

Postremò sine tempore quia Ideas tantùm signi=
ficat quæ nulli tempori astringuntur.

Hæc nominis definitio parum accurata videtur
nonnullis quod hæc minime aperiat quid nomen
significetur, undè in ejus locum illam substituunt, quâ

dicitur pars orationis quæ vel Ideis ipsis vel iis quæ Ideæ subjacent significandis instituta est ab hominibus.

Nominis loco sæpe usurpatur pronomen, et frequentior nominis ejusdem vitatur repetitio. Inter alia pronomina relativum Qui, Quæ, Quod, peculiari modo quodam cum ipso nomine conjungitur; hujus proprium est quod subjecti aut attributi alicujus propositionis locum habere possit, et ita propositioni principali aliam instar accessionis consociare: id patet hoc exemplo, homo qui Deum diligit salvabitur.

Quæ verò adhibitæ supra fuerunt Idearum ex parte objecti divisiones, eæ locum dare debent nominis in suas species distribuendi, ut pote quod et Ideæ rerum speciale signum habeatur.

1.° Igitur quoniam Ideæ aliæ entis rei, aliæ Ideæ modi, duplex etiam nomen est substantivum seu absolutum, et adjectivum seu connotativum.

Nomen substantivum propriè est id quod rem seu substantiam solam significat, ut Deus, Angelus, homo; exprimere tamen etiam dicitur modos, ut loquuntur, abstractos a subjectis, ut sunt prudentia, rotunditas, etc. forte quod eo ipso quod non referantur ad sua subjecta, percipiantur ut per se existentes, sub eo respectu nomen substantivum appellari etiam solet abstractum.

Nomen adjectivum illud est quod modum rei inhærentem significat, ramque simul ut album rotundum, unde duplex est nominum

adjectivorum significão, una modi quem distinctè licèt indirectè seu in obliquo casu significat: alterva rei quam confusè sed directè seu in recto aut nominativo casu exprimit, V.G. nomen hoc album, idem est ac subjectum, lignum V.G. habens albedinem.

Quamvis autem duplex ista vis aut significão in hoc nominibus tantum adjectivis extet, aliqua tamen substantiva nomina spectantur quasi subjectum et modum aliquem essentialem significantia, ut homo, Philosophus, &c. sed in eo est error quod hæc et alia ejusmodi nomina quæ verè sunt adjectiva inter substantiva temerè repugnantur a Grammaticis; cujus tamen judicii ea rão est quod, quia ut dumtaxat subjecto conveniunt ista nomina, animo semper intelligatur hoc unicum subjectum absque eo quod expressum sit peculiari aliquâ voce.

Quæ porro substantiva nomina modos entis exprimunt, ea appellari etiam solent abstracta, pariter concreti nominis appellão nomini adjectivo tribuitur; unde abstractum nomen definitur illud quod solam qualitatem sive modum significat, ut albedo, humanitas; concretum vero dicitur quod rem significat cum aliquo modo, V.G. rotundum quæ designatur subjectum puta marmor, lignum cum rotunditate adjunctâ.

Circa utrumque hoc nomen istud jactare in Scholis solent axioma: abstractorum est inesse, concretorum prædicari: nam modus aut qualitas est in subjecto, V. G. Rotunditas est in ligno, sed subjectum de se ipso dicitur, V. G. lignum est rotundum, id est subjectum habens rotunditatem.

2° Quoniam Idea sive rei, sive modi, alia est universalis, alia particularis, alia singularis, nomen pariter dividitur in commune, particulare et singulare.

Nomen commune est illud quod Ideam significat communem multis sive collective et distributive sumptis, ut homo, circulus: sive collective tantum ut exercitus.

Nomen particulare est illud quod aliquid unum significat, sed indefinitum: tunc autem nomen est indefinitum cum nomini communi præponitur pronomen indefinitum aliquis, vel quidam, ut aliquis homo.

Nomen singulare est illud quod rem singularem aut definitam exprimit, tale est nomen proprium, Aristoteles, tale etiam est commune nomen, aut cum demonstrativo affigitur, ut hic homo, aut cum alicui individuo per antonomasiam tribuitur, ut Regis nomen quod apud Gallos non Hispanicæ, sed Galliarum Regem Christianissimum significat.

Sed nomen commune vel æquivocum vel univocum vel analogum est. Hæc ejus nominis

communis species in compendio definitæ sunt. hanc tantum de nominibus univocis et æquivocis regulam dare necesse est: Univoca enim nomen prius definiendum est quam dividendum; æquivoca verò prius dividi debet quam definiri.

Hîc resumo species seu divisiones nominum cæteras in compendio Logicæ explicatas definitionibus et exemplis propriis.

Sed quod præstare ad Logicam peculiari jure pertinet, Regulas duas præscribo de nominibus in genere.

Prima regula. voces ōes obscuræ aut æquivocæ definiantur. Obscuræ, inquam, nam multæ sunt genera ita clara, ita soluta ab ōi ambiguitate, ut definiri non egeant, aut etiam minimè possint.

Secunda Regula. Voces autem quæ in definitionibus adhibentur vel ōibus notæ sint, vel antea fuerint explicatæ.

Pars Secunda Logicæ, De Judicio



Postquàm ad res

Ipsas Idearum beneficio attendimus, comparamus secum Ideas, easque vel conjungimus affirmando, vel negando separamus. hic vero cogitandi modus Judicium appellatur, si vocibus Judicium expressum sit, enuntiãs vel propõs nõatur.

Magnopere interest Judicium prout in mente hæret, a verbis quibus explicatur seu a propõe probè distinguere. Duæ idcirò futuræ sunt hujus partis sectiones.

Sectio Prima
De
Judicio prout in mente
hæret Spectato

Quinque ad summum queri possunt de Judicio prout in mente est, natura, proprietates, species seu divisiones, impedimenta, seu fontes errorum in judicando, ac regulæ. Sed duo priora eo tantum fine et modo a Logicâ spectanda sunt qui ad Judicii leges probe intelligendas conducat. Logicæ enim non est sed metaphysicæ solius explicare judicii naturam, facultates diversas earumque functiones, quid proinde aut quale sit judicium in quantum mentis actio est, an ab intellectu an a voluntate pendeat, an voluntarium an liberum etiam sit. Pauca igitur tantum de Judicii naturâ et proprietatibus quibusdam hîc præfabor duobus primis capitibus: tertio vero species Judicii dein prosequar. Impedimenta autem et regulas Judiciorum seorsum alibi tractabo in dissertatione peculiari de ratione veritatis inquirendæ. Regularum tamen ibi præscribendarum summam breviter hîc faciam in unâ aut alterâ regulâ.

Quatuor proinde erunt hujus sectionis capita.

Caput Primum
De Naturâ Judicii

Judicium est cogitatio mentis affirmantis aut negantis, seu secunda cogitatio quâ Idea conjungitur per affirmationem, aut separatur per negationem.

Ex quâ definitione patet primò ad judicium formandum prærequiri aliquas notiones aut ideas circa quas occupatum, secundò notionem seu simplicem seu etiam compositam per quam Ideæ plures inter se conferuntur, aut unius rei ad alteram habitudo agnoscitur Judicii rationem non habere donec affirmatio aut negatio accesserit. tertiò Judicium consistere in solo assensu vel dissensu, ex quo sequitur ipsum simplicem esse mentis actum, quod pro inferendis scholarum conclusione stabiliendum est.

Conclusio.

Judicium est simplex mentis modus, seu actus.

Probr. Judicium est vel assensus vel dissensus, seu conjunctio vel separatio Idearum; hæc quippe est Judicii definitio et natura propria.

Atqui assensus vel dissensus seu conjunctio aut separatio Idearum est modus simplex; quatenus quippe ejus conjunctio aut separatio est quid simplex.

Ergo Judicium est simplex mentis modus seu actus.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1°. Quod componitur ex pluribus ideis non est simplex

Atqui judicium componitur ex pluribus Ideis.

Ergo Judicium non est quid simplex

Resp. neg. min. Judicium non componitur ex Ideis, sed ex earum compositio aut divisio.

Prob. min. Unaquaque res componitur ex sua materia.

Atqui Ideæ sunt materia judicii.

Ergo judicium componitur ex Ideis.

Resp. dist. maj. Unaquaque res componitur ex sua materia ex qua, concedo. ex materia circa quam, nego. similiter dist. min. et nego consequentiam. Ideæ sunt materia circa quam versatur Judicium, non materia ex qua componitur.

Objicies 2°. Propõo est quid compositum ex terminis.

Ergo a pari Judicium constat ex Ideis.

Resp. neg. consequentiam. et paritatem. Judicium quippe in mente spectatum assensu vel dissensu, seu affirmãõe vel negãõe continetur, quibus nihil est simplicius. propõo vero ex orãõ pluribus vocibus expressa; atque ita Judicium in mente spectatum Ideas tantum subjecti et attributi postulat et eas componat vel dividat, propõo vero eas tanquam partes in se includit.

Inst. tale est judicium in mente quale est judicium vocibus expressum sive propõo.

Ergo valet paritas.

Resp. dist. ant. tale est objective Judicium in mente quale est judicium vocibus expressum, Concedo. tale est formaliter, et *entitative, ut

*entitative

loquuntur, judicium in mente quale est judicium vocibus expressum, nego. unde nego consequentiam. Judicium igitur et ejus propõ unum et idem objectum habent sed alia est forma et essentia Judicii, alia propõis, hæc subjecti attributi et copulæ vocibus continetur, Illud unicus mentis affirmantis et negantis actus.

Caput Secundum
De
Affectionibus Judicij
in Ordine ad Veritatem.

Affectiones Judicii in quantum ad veritatem dirigibile est, duæ sunt Veritas et certitudo; quæ ambæ non ita judicio competunt ut contrariæ qualitates ipsi nusquam conveniant.

Judicia igitur nostra cum veritate comparata, vel vera sunt vel falsa; Vera sunt Judicia nostra, si mens conjungat ea quæ conjungenda sunt, aut disjungat ea quæ disjuncta; falsa verò sunt judicia si aut conjungantur ea quæ sunt disjuncta, aut ea separentur quæ

sunt conjuncta.

2° Judicia nostra vel sunt certa vel incerta. Certa sunt cum mens firmiter persuasa est et stat immota in suo judicio: Incerta verò sunt quando mens adhæret parùm tenaciter et cum aliquâ erroris formidine.

Incerta sunt Judicia opinionis seù quæ feruntur propter rationem dubiam, nisi velis hujus modi Judicia nominare certa certitudine ut vocant morali. Incerta etiam sunt temeraria Judicia.

Certa vero sunt Judicia quæ vel in auctoritate Dei revelantis, vel in exploratâ rerum naturâ et veritate constituuntur. hæc naturalis cognitio, illa Theologica Judicia appellari possunt.

Sed rursùm rerum veritas consistere nobis naturaliter potest et fundari vel in ipsâ rerum essentiâ seù in ideâ clarâ et distinctâ rerum vel in assueto naturæ cursu et ordine vel in communi hominum consensu. Unde Judiciorum naturalium certitudo triplex distingui solet, Metaphysica, Physica, et Moralis, ut in compendio explicatum est.

Certitudo Metaphysica est adhæsio mentis ei veritati quæ aliter nec esse nec cogitari potest. Ducitur ea certitudo ex notitiâ naturæ rerum, seù ab evidentiâ. ~~seù~~ in Judiciis affirmantibus et indissolubilis nexus earum quarum una de altera dicitur. In judiciis negantibus est absoluta Idearum abhorrentium repugnantia. hoc modo mihi constat Deum existere aut Deum crudelem non esse.

Certitudo Physica est adhæsio mentis ei veritati quæ ex instituto rerum ordine aliter

contingere non potest, licet aliter cogitari possit absolutè. Dicitur ea certitudo a rectâ naturæ diligenter observato. sic se habet certitudo quâ expectamus ortum solis crastinum.

Certitudo Moralis est adhæsio mentis et veritati quæ quamvis aliter se habere possit adeo tamen frequens est ut de eâ dubitare communi hôum more ac judicandi consuetudine non liceat: Dicitur ea certitudo a testimonio hôum; hoc modo certum nobis est de annalibus et monumentis historiarum ab hôibus scriptarum.

Certitudo metaphysica est ôium maxima. hæc quippè sola verum est ônò immotarum: quapropter ipsa sola dum Ideis claris et distinctis fulcitur ad pphicam seu scientiam propriè dictã spectat.

Veritati et Certitudini adjungitur tanquam tertia Judiciorum proprietas, Evidentia. Sed Judicium qui evidentiâ quidem fulciri potest ac ipsum propriè loquendo et rãdo hâ malè dicitur evidens: Evidentia tantummodo convenit Ideis, siquidem ipsamet Idea est proinde clara est et distincta

Caput Tertium.

De Speciebus Judicij.

Ut accurata fiat Judicii divisio conferendum ipsum est vel cum mente judicantis cujus est affectio, vel cum rebus de quibus fertur vel cum

nōcibus quarum ope fertur, vel denum modo quo fertur.

Ac 1.° si vāo habeatur mentis Judicantis Judicium vel in certum vel incertum.

Certum Judicium illud est de cujus veritate judicanti constat.

Incertum Judicium est id de cujus veritate judicanti non constat. Talia sunt Judicia eorumque ut verbis apostoli utar circumferuntur ōi vento doctrinæ.

Non eodem autem certitudinis gradu Judicia nostra nobis constant, seu propter diversam rerum de quibus judicatur naturam, seu propter diversa argumentorum quibus in Judicando utimur conditionem vide dicta capite præcedenti.

2.° si conferatur Judicium cum rebus de quibus fertur aliud est verum aliud est falsum.

Verum Judicium est illud quod cum materiâ seu re judicatâ convenit. Cum autem cum rebus consentiens et cum conjunguntur Ideæ consentaneæ aut distentaneæ separantur.

Falsum Judicium est illud quod dissidet a re de quâ latum est, id verò contingit quando aut dividuntur Ideæ consentientes aut repugnantes consociantur.

3.° Judicium vāo nōnum quarum ope fertur vel est evidens vel obscurum.

Evidens Judicium est id quod fit ex vīdis nōcibus claris et distinctis hoc est secundum Ideas rerum.

Obscurum Judicium illud est quod fit

secundum notiones obscuras.

Postremò si vàc habeatur modi quo fertur Judicium, aliud dicitur affirmans, aliud negans: Duplex enim est Judicii forma seu modus, affirmãc et negãc.

Caput Quartum

De Regulâ generali Judiciorũ.

Generalis et suprema Judiciorum quæ de rerum naturâ feruntur regula esse potest, nihil ut nisi ex præcuntibus in mente Ideis claris et distinctis Judicemus.

Illud enim in ferendo judicio constanter retinendum est a quo solo pendet Judiciorum nostrorum veritas et certitudo. Atqui a lege mora sanctâ pendet veritas et certitudo Judiciorum nostrorum quæ de rerum naturâ feruntur; nam Ideis claris et distinctis cognoscitur rerum natura adeò ut solâ attentione ad Ideas scire possit quid res in se sint. Ergo præmissi ex præcuntibus Ideis claris et distinctis judicandum est de naturâ rerum.

Ex istâ lege consecutæ quãdam regulæ profluit mentem non antea judicare posse de naturâ rerum quam antecedaneis et temerariis opinionibus prudenti examine et omnibus exactãc libertatem fecerit. Hanc autem

consequentem legem probabimus et explicabimus in dissertatõe de rãõe inquirendæ veritatis.

Sectio Secunda
De Propositione

Sicut Idea nominibus ità Judicia verbis quasi liguis propriis exprimuntur: hæque verba faciunt propõem Judicii interpretan et enuntiatõem, ejus naturam, proprietates, species et regulas explicandas habemus. postremò comparatõem propõum faciemus.

Caput Primum
De Naturâ Propositionis

Propositio est Orãõ Judicii interpres quâ affirmatur vel negatur aliquid.

Dicitur Orãõ, hoc est, apta vocum sudictionum compõõne sensa mentis exprimens.

Dicitur Judicii interpres est enim significãõ actus Judicandi imò et materiæ circa quam versatur, sic auditâ hac propõne mens est substantia incorporea, quæ quæ intelligit Judicare, nec et distinctionem realem mentis a corpore Judicando nec decernere.

Cum autem Judicium in compõitiõe vel divisione Idearum, sive affirmãõe aut negãõe unius

unius Idææ de alterâ convictat, Clarum est ad propositionem hoc verbum cujus officium inter se disponuntur pertinere. duo saltem nomina.

Nominibus constat propõ quasi ex materiâ proximâ. horum alterum de alio affirmatur aut negatur, et dicitur attributum seu praedicatum. Subjectum vero nominatur id de quo affirmatur aut negatur aliquid. Ambo similiter vocantur termini seu extrema, quoniam ex utrâque parte propositionem terminant.

Forma propõnis verbo continetur quo sufficit nomina inter se disponuntur et significatur actus mentis conjungentis aut separantis Ideas.

Verbum definitur ab Aristotele vox ex Instituto significans cum tempore, sed haec definitio vim et speciem verbi non exprimit, aliquem tantum et accidentalem significationis ejus modum refert.

Melius et verius secundum assumptam suam verbum definietur vox significans affirmationem seu actum affirmandi, haec quippe est propria verbi utilitas, quod autem judicia quaedam negativa sint hoc nihil in contrarium probat, propõnes negantes sunt si aut negantes particulae, non, nec, aut nomina illas includentia adhibeantur.

Si tamen in definiendo verbo rão habeatur praecipuorum quibus afficitur accidentium

seù modorum, describi ità poterit, vox significans actum cum designatâ personæ, numeri et temporis, imò quandoque alicujus etiam attributi.

Scilicet quoniam homines naturâ impatientes sunt suasque quamprimum aliis cogitationes innotescere cupiunt, sermoni quantum possunt contrahendo studuerunt, et alias affirmationi in eodem verbo significationes consociarunt.

Hinc nata est verbi divisio in substantivum et adjectivum.

Verbum substantivum est verbum Sum, es, est, prout solum Judicium seù connexionem attributi cum subjecto non actualem existentiam significat; hæc vocatur attributi et subjecti copula, ut cum dicitur, Deus est summè perfectus, sensus non est Deum existere, sed summam perfectionem Deo competere

Verbum adjectivum est illud quod præter Judicium seù connexionem attributi cum subjecto significat personam, numerum, tempus, et insuper actum, vel modum, vel aliquid aliud quod aliquo nomine exprimi possit: talia sunt omnia verba præter verbum, Sum, es, est, V.G. Scribo, idem est ac ego nunc præsenti tempore sum scribens, idemque significat Judicium ac cum, meam personam, numerum singularem, et tempus præsens. atque insuper aliquam operandi quia Caracteres in Cartâ declinet. Imo ipsum quoque verbum Sum, es, est, in quantum actualem existentiam exprimit dici potest adjectivum. Nam cum dico Sum, idem est ac si dicerem, ego sum existens.

Quæ cum sit Verbi adjectivi potestas et significatio, necesse non est ut in ea propõe subjectum, attributum ~~adjectum~~, et copula distincte exprimantur; satis est si verbo contenta intelligantur, hancque ob rem propõe esse dicitur vel de primo adjacente, vel de secundo, vel de tertio, de quibus vide compendia.

Caput Secundum

De Propositionis Proprietatibus

Omnes propõis proprietates continentur ejus quantitate et qualitate.

Articulus Primus

De Quantitate Propositionis

Quantitas propõis est ejus extentio hoc petitur ex subjecti extentõe. Duplex est præsertim universalitas et particularitas, sed his adjungi solent singularitas et indefinita extensio.

Universalis propõe est ea cujus subjectum sumitur universaliter, hoc est secundum totam suam extentionem, quod tum fit cum ei præfigitur una ex his particulis õis vel nullus, ut õis vel nullus hõo est justus.

Duplex autem in propõibus distinguenda

est universalitas Metaphysica et Moralis.

Universalitas Metaphysica vocatur ea quæ perfecta est, nullamque exceptionem admittit sive ex communi usu ut in istâ propõe ões hões habent duo brachia; neque enim monstra continentur in istâ propõe utpotè quæ præter naturam aut unum aut tria plurave habent brachia; sive absolutè et ex se, quod rarissimum duobus contingit modis, vel ità ut de generibus singulorum et de singulis generum intelligenda sit propõe, qualis est ista õis civeulus est rotundus, vel ita ut capiatur dumtaxat de generibus singulorum sic dicuntur animalia õia fuisse inclusa in arcâ Noë quoniam ex õibus animalium speciebus aliqua animalia è diluvio emerserunt

Observandum est quasdam propões universales non esse seu Metaphysicè seu moraliter nisi quia ejusdem subjectum sumendum est ut restrictum et angustatum aliquâ attributi sui parte. Plurimæ in scripturâ sacrâ propões hoc tantùm modo verè sunt: sed in exemplum tantùm afferam hanc propõem moraliter universalem. Galli sunt boni milites cujus significatõ est Gallos milites bonos esse milites.

Universalitas Moralis est ea quæ patitur aliquam exceptionem et convenit istis propõibus, omnes Juvenes sunt inconstantes, õis sunt queruli, quæ quidem propões tanquâ falsæ habendæ non sunt, quamvis in aliquibus

hõibus vero non sint. attamen verum est non nisi caute admodum et prudenter conclusiones particulares ex iis inferri posse.

Particularis propõ est ea cujus subjectum limitatur particulariter seu limitatum est his particulis aliquis quidam, &c. ut aliquis homo est justus, aliquis hõo non est justus, vide quid quinto loco observet super eâ re auctor artis cogitandi v.g. parte. ca. p. 13.

Singularis propõ est ea cujus subjectum est singulare, hoc est, pertinet ad unum tantum et definitum individuum v.g. Cicero est Oratõ princeps.

Indefinita demùm propõ est ea cujus subjectum universale est, sed nulla universalitatis, particularitatis aut singularitatis nota affecta. hoc versatur vel in materiâ necessariâ, ut hõo est animal rãonale, vel in materiâ contingenti, ut hõo est justus

Cum vero duplex sit propriæ propõis quantitas, universalitas scilicet, et particularitas, ideirco quæ circa eas in scholis solent adquæstiones duabus revocari debeant singularis et indefinita propõ circa primam sit

Conclusio Prima.

Propositio singularis revocari debet ad Universalem.

Probr. ea propõ ad universalem revocanda

cujus subjectum limiter secundum totam suam extentionem, sive parva sit angusta ista propõ. sive immensa

Atqui subjectum propõis singularis secundum totam suam extensionem limitur, neque enim latius potest quam pro uno acapi.

Ergo propõ singularis debet revocari ad universalem.

Et certe quæcunque propõ regulis iisdem rãocinãõ dirigitur quibus propõ universalis illa ad universalem pertinet.

Atqui propõ singularis in rãocinãõe quâpiam legibus iisdem dirigitur quibus propositio universalis: nam ex propõibus singularibus non minùs bene concluditur in õi syllogismorum figura quam ex propõibus universalibus, quamvis ex duabus particularibus propõibus inferri non possit Conclũ. ergo. &c.

Conclusio secunda

Propositio quævis indefinita universalis est, non tantùm in materiâ necessariâ sed in materiâ etiam contingenti saltem moraliter nisi ubi factum aliquod narratur.

Probr. 1.ª pars. quæ enim propõ ex communi hõum more censetur universalis ea ad universalem revocanda est.

Atqui propõ indefinita quæ communi hõum more in quacumque materiâ ubi de doctrinâ agitur, universalis putatur; sic absolutè universalis et ynâtum vera existimatur illa propõ hõo. est animal. pariter universales saltem moraliter habentur: sic in materiâ contingenti propõõcs, hões sunt nigri, Parisini sunt nobiles, Vrsi sunt albi, unde pro talois ea habentur, cum tamen si particulariter sumerentur vere Judicari debeant, nam aliqui hões sunt nigri, scilicet in Aethiopiâ; aliqui Parisini sunt nobiles aliqui Vrsi sunt albi scilicet in novâ Zemblâ

Ergo propõ quævis indefinita universalis est non tantùm in materiâ necessariâ, sed etiam in materiâ contingenti saltem universalitate morali.

Probr. 2ª pars. Cum aliqua propõ particularis putanda est, quando ex communi hõum more habetur particularis.

Atqui particularis vulgò habetur propõ indefinita in quâ factum aliquid narratur, qualis est ista de militibus Judeis Matth. cap. 27. v. 29. et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus scilicet Christi, clarum quippe est id de non de cunctis sed quibusdam tantùm militibus intelligi oportere. atque hujusce Judicii ratio est quod res gestæ singulares, si præsentis definito aliquo tempore factæ dicantur,

indefinite vocibus ḡnalibus non exprimantur quin mente concipiatur particularitatis aliquod signum.

Ergo propō indefinita quæ factum aliquod exprimit, particularis est.

Est vero aliud genus propōum, quarum subjectum est terminus aliquis collectivus scilicet Respublica, Populus. &c. De quibus quæritur an propōem faciant universalem, an particularem. sed hujus modi propōes singulares potiùs videntur. quia subjectum illarum propōum spectatur quasi unum moraliter, pluribus seculis durans et agens per eos ex quibus componitur. hinc quasi de eisdem Romanis dicitur qd hi qui a Gallis sunt superati, eosdem postea gallos Cæsare Imperante devicerint, licet iis qui olim devicti fuerant nemo inter eos qui sub Cæsare vixerunt superstes exhibent.

Articulus Secundus.

De Qualitatibus Propositionis.

Qualitates propōum sunt affirmāo et negāo, veritas et falsitas. Inter quatuor istas propōum qualitates discrimen ponunt Philosophi et volunt affirmationem et negationem essentiales esse propōum qualitates, sed veritatem et falsitatem accidentales tantùm esse earum qualitates, neque ~~propositionum~~

propõum naturam constituere sed iis per ordinẽ ad objectum competere.

Affirmatio et Negatio Propositionum.

Affirmatio est conjunctio mente facta unius Idea cum alia; unde propõ affirmans ea est quæ unum de alio dicit, seu subjectum cum attributo connectit.

Negão est separão plurium Idearum; unde propõ negans est ea quæ unum ab alio removet.

Ex Ideâ clarâ et distinctâ affirmãois et negationis sequuntur plurima axiomata quæ naturam propõis cujuscunque seu affirmantis seu negantis nicrum in modum illustrant; iisdem axiomatibus tanquam regulis nituntur tum comparões ões propõum tum art ões syllogistica.

Ut verò hujusmodi effata bene intelligantur, duo quæ antèa dicta sunt hic iterùm propono, 1.° in õi propõe duo esse, aut saltem mente intelligi nomina quorum alterum vocatur subjectum, alterum attributum. 2.° in õi nomine tam subjecto quam attributo, si præsertim universale fuerit, considerari oportere comprehensionem seu complexionem quorundam attributorum, et extensiõem seu subjecta de quibus prædicari potest.

Insuper de propõibus affirmantibus observo earum attributum sequi semper conditionem subjecti, alias enim cum ipso non identificaretur in propõe, his positis sint sequentia axiomata.

Primum axioma. attributum propõis affirmantis dicitur de subjecto secundum totam extensiõem quam subjectum habet in propõe; hoc est si subjectum sit universale sèu sumatur secundùm totam suam extensionem, tunc attributum toti ejus ~~ut~~ extentioni conjungitur. si autem particulariter subjectum accipitur, tunc attributum de aliquâ ejus extentionis parte dicitur. id patet in his duobus propõibus: ois hõo est animal. aliqui hõo est justus. In primâ animal affirmatur de õibus hõis Inferioribus. sèu de õi ejus extentione. In secundâ Justus dicitur de aliquâ parte extentionis hõis.

Secundum Axioma. Attributum propõis affirmantis non dicitur de subjecto secundum totam suam extentionem si hæc absolutè major sit extensiõe subjecti; sed tunc attributi extensio cogitur et coarctatur mensura subjecti ità ut sumatur tantùm pro eâ extensionis suæ parte quæ subjecto convenit, sic in hac propõe hõo est animal, animal non significat õia animalia.

Certium axioma. attributum propõis affirmantis ~~non~~ dicitur de subjecto secundum totam suam ~~extentionem~~ comprehensionem seu secundùm ões suas perfectiones essentiales nisi enim attributum dicatur de subjecto secundùm suas ões perfectiones minimè de eo dicitur

quoniam vel unicâ denegatâ perfectione essentiali
ex cujus cumque naturæ Ideâ. ôinò tollitur
istius rei Ideæ: in hac igitur propõe affir-
mante, Circulus est figura, de circulo dicitur
dis figuræ comprehensiõ. Unde si aliqua figuræ
proprietas circulo non competeret, figuræ na-
turæ, nomenque ipsi non conveniret.

Quod attinet ad propões negantes, observo
earum naturam in eo esse positam quod unum
negetur esse aliud, ut verò unum non sit aliud,
debet non esse unum ex subjectis ipsius rei, nec
necesse est ut nihil prorsùs cum altero commune
ne habeat; sufficit si quid ipsi eorum deest
quæ insunt alteri, sic bellua non est hõ, quia
non est quid ex inferioribus seù individuis
hominis, et aliquâ caret perfectione hõis
essentiali, tametsi multa cum hõe habeat
communia, hinc consequuntur tria axioma-
ta.

Primum axioma. propõ negans a subjecto
non separat semper singulas perfectiones
seu partes comprehensionis attribuh sui,
sed ab eo separat Ideam totalem attribui
ex õibus ejus perfectionibus simul sumptis
constantem. sic tametsi negem corpus
esse spiritum, non idcirco nego corpus
esse substantiam, quæ est perfectio ex-
clusa in Ideâ seù comprehensione spiritûs.

Secundum axioma. propõ negans separat
a subjecto Ideam attributi secundùm totam
ejus extensionem seù quod idem est attributum

propõis negantis semper sumitur universaliter: alias quippe non posset negari de subjecto quoniam illud in sua extensione complecti posset, sic negando corpus cogitare, nego hoc et illud, seu quodcumque corpus cogitare.

Certium axioma. propõe negans attributum a subjecto removet secundùm extensionem quam habet subjectum in propõne, hoc est sumitur universaliter si subjectum sit universale et particulariter si sit particulare; sic negando õe corpus cogitare separo cogitationem à quolibet corpore, negando verò aliquod corpus esse vivens seu animatum, separo vitam ab aliquo corpore.

Veritas & Falsitas Propositionis Quæ tibi agitatur de Propositionibus Singularibus sibi contradicentibus. De futuro Contingenti.

Veritas est consentio propõis cum suo

objecto. tunc verò consentit propõ cum objecto suo quando aut dicit esse quod est aut negat esse quod non est. falsitas propõis est ejus dissimilitudo objecto suo, quæ existit quando aut dicit esse quod non est aut negat esse quod est.

Alterutra harumcè duarum propõum propõi õi Logicæ, hoc est, Judicium aliquod enuntianti competit quod gñatim probandum est.

Conclusio prima.

Omnis Propõ Logica vera est vel falsa.

Probr. Veritas propõis est ejus cogñão tùm cum objecto quod significat tùm etiam cum cogitatõe cujus est interpres; ejus autem falsitas est repugnantia utriq.

Atqui õis propõ Logica vel est consentiens cum objecto quod ~~cogitatõ~~ significat, et cum judicio cujus est interpres, vel ab utroque dissentit, nihil est medium, Ergo, &c.

Et certè Judicium de vel est verum vel falsum. Ergo et propõ quæ Judicii signum est, vel est vera, vel falsa.

Attamen dubium aliquod moveri solet de quibusdam propõum speciebus, de practicis V.G. de promissoriis, de Insolubilibus, ac tandem de propõibus quibusdam de futuro, ut aiunt contingenti.

Propões practicæ sunt eæ quæ operantur

id quod significant, qualis fuit propō (Christi) Sīn Paralyticum sanantis Matth. 9. v. 2. remittuntur tibi peccata tua: tales sunt propōes sacramentales vitè prolatæ.

Propōes promissoriæ sunt eæ quibus promittimus id quod jam facere videmur qualis est ista, taceo.

Propōes inexplicabiles seu, ut aiunt, insolubiles aut falsificantes sunt eæ ex quarum veritate sequi videtur earumdem falsitas, et è contrariō; qualis est hæc propō, mentior, cum tamen antea loquutus non fuerim.

1.° autem objici solet propōes practicas neque veras esse neque falsas; non veras quia nullum habent objectum; non falsas, quia objectum sunum efficiunt. attamen constat ejusmodi propōes veras esse, quia non priùs vitè prolatæ sunt, quam consentiunt cum re significatâ, et objectum suum verè producunt. neque verò ad ipsarum veritatem requiritur ut ante pronuntiationem objectum illarum sit, quia ipsum prolatio vocum fit et profers redditur.

2.° Propōes promissoriæ veræ, itidem sunt vel falsæ, qui enim promittit se aliquid facturum esse, vel illud agit eo ipso tempore quo promiserat, vel non: si primum propō promittens est vera; si secundum est falsa.

3.° Magis cavillantur quidam in propōibus inexplicabilibus, rara admodum exempla aggeruntes: subito dicat quis: mentior, nec dum

tamen verbum profatus illum. Haec propõ
nec vera videtur nec falsa: non vera si enim haec
vera dicatur homo ille non mentitur, adeoque
falsum est illum mentiri. si haec propõ falsa est
hõo ille mentitur, adeoque verum est hõm men-
tiri.

Alterum proferre solent exemplum hõi cui
data sit Pontis custodia eâ lege ut quem-
cunque à praetereuntibus falsum dicere no-
verit in flumium projiciat, occurrit Petrus et
ait, tu me projicies in fluvium. si falsum
dicit, verum dicit, quia custos tenebitur eum
projicere, si verum dicit non est projiciendus,
adeoque falsum pronunciat.

Sed breviter dicendum est eas propõnes esse
grammaticas tantùm, hoc syllabis et dictio-
nibus constantes, non Logicas quia nihil
significant, nec loquentis, nec audientis co-
gitatõnes referunt. Quis enim V. G. Intellectus
esse potest istius propõnis, mentior, nisi
prius aliqua verba protulerim; haec eratia
similis propõo, ut aliquid significet spectari
non debet absolutè sed relative ad aliquod
mentis Judicium. Quod si hae propõnes
aliquid significent tum vel sunt verae aut
falsae. V. G. si hic qui Pontis custodem allo-
quitur reipsa cogitet, ut dicit, se ab illo
in aquam dejectum iri, similemque in
mente custodis sententiam suis verbis

excidit, tunc verum vel falsum dicit pro futuro vel non futuro rei eventu.

Quæres primò. quonam pronuntiatio hæc momento propõa censeatur vera vel falsa.

Resp. propões non ante veras esse, quam ultimæ earum voces pronuntiatæ fuerint. Nam tùm demùm suam significationem habent cum ultimum propõis vocabulum ore funditur. Atqui tunc propões suam habent veritatem, cum suam habent significationem. Ergo propões non antea veræ sunt, quam ultimæ earum voces pronuntiatæ fuerint. hæc observatio locum habet in propõibus practicis quæ veritatem suam nec consequuntur, quia ultimæ earum syllaba pronuntiata fuerit.

Quæres 2°. utrùm eadem propõ quæ vera est possit fieri falsa.

Resp. 1° propões quæ dicuntur in materiâ necessariâ et in materiâ impossibili non posse ex veris falsas fieri, aut è contrario. sit ista propõ, Spiritus est cogitans non potest non esse vera; quoniam Spiritus est necessariò et immutabiliter cogitans. Ratio hujus propõis respõis certior fieri ex dicendis in Metaphysicâ, ubi de essentiâ et possibilitate rerum.

Resp. 2° propões in materiâ contingenti posse ex veris fieri falsas, et vicissim materia enim ejusmodi propõum mutari

potest

potest, hoc est alio et alio modo se habere. Undè quoniam veritas propoōis pendet a re significatâ fieri potest ut earum propoōum veritas immutetur. Sic ista propō Petrus loquitur, quæ coniunctè Petro vera erat. si Petro silente proferatur falsa erit.

Sed istas relinquamus nugas.

Gravissima hic proponi solet a Logicis quæstio de propoōibus singularibus sibi contradicentibus de futuro contingenti, utrùm earum altera sit definitè vera, altera definitè falsa. Jure an injuriâ non inquirimus, sed consuetudini obtemperamus. et ut controversia dirimatur explicandæ sunt singulæ voces Quæstionis, tùm certæ ab incertis, et concessa ab iis quæ sunt controversa secerni debent.

1.° agitur de propoōibus singularibus, hoc est, de iis quarum subjectum est singulare seù aliquid unum et definitum, ut Petrus. de cæteris verò propoōibus nulla potest esse difficultas si quidem universales et particulares propōes in materiâ necessariâ veræ sunt si affirment, falsæ verò si negent. Denique in materiâ contingenti hæc propōes universales solent esse falsæ seù affirment seù negent; ut patet in istis propoōibus omnis homo erit justus, nullus homo erit justus; Nam aliqui homines justi erunt, aliqui non erunt justi: hic particulares propōes plerumque sunt veræ.

2°. Illæ propõnes sunt de futuro tempore patet enim per se propositiones de præterito, aut presenti tempore esse definitè veras aut falsas, quia objectum præteritum vel præsens aliter esse nequit: ut enim aiunt, quod factum est, infectum esse nequit; quidquid est quandiu est, esse necesse est.

3°. Spectant eventus contingenter ac liberè futuros, hoc est, qui à voluntate hõum pendent, qualis est crastina Petri disputatio; constat enim eas propõnes quæ spectant eventum futurum, hoc est, pendentem à nõdum causarum secundarum serie, qualis est propõ hæc, sol cras orietur, esse jam aut definitè veras si eventus sit futurus talis qualem hæ annunciant, aut definitè falsas, si enuntient non futurum id quod futurum est.

4°. Quæritur an altera prædictarum propõsum sit definitè vera, altera falsa; hoc est, utrum altera seorsùm sumpta sit vera altera seorsum sit falsa, namque extra disputationem est quod vera sit ista propõ disjunctiva, Petrus cras disputabit vel non disputabit, quia constat duobus membris sibi contradicentibus quæ non possunt simul esse vera, nec simul falsa.

5°. Potest autem esse definitè vera, aut falsa aliqua propositio, vel in se, vel respectu nostri. Certissimum est propõum de quibus agitur neutram esse definitè veram, neutram definitè falsam respectu nostri, futura enim nobis ignota sunt: Id unum quæritur utrùm ejusmodi propõnes sint definitè veræ, aut definitè

falsæ inde.

Hoc autem disjiciendum est relativè ad res futuras hisce propôsitionibus enuntiatas, atque ab aliâ quæstione pendet, non res etiam contingenter futuræ, definitè futuræ sint: Quæ postrema quæstio ad Metaphysicam tantùm pertinet, ubi agitur de Scientiâ, et voluntate Dei: verùm pro more Scholarum plurima ad hanc quæstionem pertinentia hic tractabo, ut detur locus solvendis argumentis multis, quæ proponi solent contrà Conclusionem nostram stabiliendam.

Conclusio secunda

DUARUM propôsitionum singularium sibi contradicentium de futuro contingenti una est indefinitè vera, altera definitè falsa.

Probr. Res contingenter futuræ, quæ propôsitionibus singularibus de futuro contingenti enuntiantur sunt definitè futuræ.

Atqui si res etiam contingenter futuræ sint definitè futuræ, definitè itidem futuræ sunt veræ aut falsæ propôsitiones* de futuris contingentibus; sunt enim hîc et nunc cum iis consentientes aut ab iis dissentientes. Consentientes quæ dicunt id futurum quod definitè futurum est, dissentientes, quæ dicunt id non futurum quod definitè futurum est. Ergo. &c.

* singulares de eo

Et vero propōes de rebus olim actis, et præteritis ideirco veræ sunt, quod aliquando in præsenti tempore res fuerint.

Ergo pariter propōes ōes de rebus futuris sunt definitè veræ, si res aliquando definitè futuræ sint, hinc Prophetæ sacri, et Christus Dñus multa prænuntiaverunt verissima, quæ remotis temporibus futura erant.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1.o Definita propōis veritas consistit in conveniētiâ ejus actuali cum objecto suo. Contrarium reputandum est de ejus falsitate.

Atqui propō de futuro contingenti non habet conuenientiam actualem cum objecto suo neque ab illo repugnantiam actualem. Ergo.

Resp. neg. min. Nam quæ propō dicit id definitè futurum esse quod definitè futurum est ea conuenientiam habet actualem cum objecto suo. Oppositæ verò propō repugnantiam ab eodem objecto habet actualem. Atqui propōrum singularium de futuro contingenti una dicit id esse definitè futurum, quod definitè futurum est, alia verò negat id definitè futurū quod definitè futurum est. Ergo propō de futuro contingenti habet conuenientiam actualem cum objecto suo, vel actualem ab eo repugnantiam.

Prob. min. non potest esse vlla propō cum

actualis convenientia cum eo quod non existit.

Atqui res futuræ contingenter non existunt. Ergo.

Resp. 1.o neg. maj. quæ cum minus probet nihil probat. Exinde etenim consequeretur nullam fieri propõem veram de rebus futuris etiam necessariò, V.G. De ortu solis crastino quod absurdissimum est.

Resp. 2.o dist. maj. Non potest esse actu convenientia propõum in ratõe existentiæ cum eo quod non existit, Concedo. In ratõe signi, nego. Concessâ min. similr. distingo cõsia. Dupler hoc loco distinguenda est convenientia, vel existentiæ vel signi. Convenientia existentiæ est relãõ ad idem tempus. Convenientia signi est relãõ signi ad rem significatam. Equidem nulla esse potest propõum actualis convenientiæ in ratõe existentiæ cum eo quod non existit; sed potest esse propõum convenientiæ ratõis signi cum eo quod non existit: cum enim signum possit esse non modò rerum præsentium, sed etiam præteritarum, aut futurarum, ad veritatem sèu convenientiam signi sufficit, si res sit aut præsens, aut præterita, aut futura eâ ratõe quâ designatur. Porro res futuræ contingenter non existunt. atque adeo nulla potest esse propõum actualis convenientiæ in ratõe existentiæ cum rebus futuris.

sed potest esse propõum actualis connexionis in ratõe signi cum rebus futuris etiam contingentèr

Inst. Calor præsens non habet connexionem cum igne futuro..

Ergo propõ nullam habet connexionem actualem cum re nundum existente et futura

Resp. neg. cõam. Disparitas est quod calor sit effectus ignis. at propõ effectus non sit sed signum duntaxat rerum significatarũ Porro effectus non potest separari a causâ sua non item signum quod aliquando disjunctum est a re significatâ. vide primam Logicæ partem Sectione secundâ cap. 1°

Objicies 2°. Quælibet propõ singularis de futuro contingenti est indifferens ad veritatem aut falsitatem. Ergo.

Resp. dist. ant. Est indifferens ad veritatem vel falsitatem si consideretur absolutè, concedo. hypothetica, nego. undè negocium propõ de futuro contingenti consideratur absolutè dum consideratur nullâ factâ hypothesi Eventûs futuri aliquando. Cum consideratur hypotheticè cum consideratur factâ câ hypothesi. Equidem propõ de futuro contingenti consideratâ absolutè, indifferens est, quia tunc nihil habet quod eam faciat veram vel falsam. Res enim quam enuntiat hæc propõ est contingens et libera sed hujusmodi propõis considerata hypothetica non est indifferens ad veritatem vel falsitatem,

posito enim quod verum sit dicere cras Petrus disputabit, hæc propõ hodie prolata, Petrus cras disputabit est definitè vera, ejus verò contradictoria definitè falsa est: nam hæc propõ cras proferenda Petrus hodie disputat, nihil aliud significat quam disputationem Petri pro die sequenti; idem prorsus et pro tempore eodem significat quod hæc propõ hodie prolata, Petrus cras disputabit. Neque hujusmodi propõum definitæ veritatis, alia quærenda causa est, quam hypotesis facta quod disputatõ Petri sit definitè futura seu quod verum sit cras dicere Petrus disputabit.

Objectiones cæteræ, quæ adversus præsentem concludẽm proponi solent, eo tendunt ut probetur objectum propõum singularium de futuro contingenti non esse definitum, seu ut loquuntur determinatum; quod cum variis modis vulgò probetur: plurima seorsùm sunt proponenda argumentorum capita.

Objicies 3°. Illa propõ non potest dici definitè vera, aut falsa in se, cujus objectum non est definitum.

Atqui propõ singularis de futuro contingenti non habet objectum definitum.

Ergo propõum singularium sibi contradicentium de futuro contingenti neutra est definitè vera aut falsa.

Resp. dist. maj. Illa propō̄ non potest dici definitè vera aut falsa in se cujus objectum non est definitum neque in* signato, neque in actu exercito seù pro tempore præsenti, concedo. Cujus objectum non est definitum in actu exercito seù pro tempore præsenti, nego. Simil. dist. min. propō̄ singularis de futuro contingenti non habet objectum definitum in actu exercito, concedo. In actu signato, nego. unde nego cōam. Igitur aliquid definitum dici potest vel in actu exercito, hoc est pro præsenti tempore, vel in actu signato, hoc est, pro tempore futuro. Equidem propō̄ illa non potest dici definitè vera, aut falsa in se cujus objectum non est definitum neque in actu signato, neque in actu exercito; sed nego propō̄em illam non esse definitè veram aut falsam, quæ non habet objectum definitum in actu exercito. Porro propō̄ singularis de futuro contingenti non habet objectum definitum in actu exercito, et pro præsenti tempore, sed ea habet objectum definitum in actu signato, et pro tempore futuro; ~~hæc ecce~~ ~~fit aeternaexist~~ hujus modi enim propō̄es habent objectum definitum in actu signato, et pro tempore futuro. Si res dē futura sint definitè futura, ~~non non fiet aeterna~~. Ergo hujusmodi propō̄es habent objectum

*actu

Atqui res ões futuræ sunt definitè futuræ ergo huiusmodi propõões habent objectum definitè in actu signato et pro tempore futuro; ergo proinde malè concluditur propõões singulares de futuro contingenti non esse definitè veras aut falsas in se.

Inst. quod est contingenter et liberè futurum, non est definitè futurum.

Atqui objectum propõõis de futuro contingenti

Ergo objectum propõõis singularis de futuro contingenti non est definitè futurum.

* liberè et contingenter futurum est, esse

Resp. 1° neg. maj. nam definitè futurum illud dicitur quod revera futurum est, licet possit non esse futurum; hoc nimirum procul differt ab eo quod nëdum futurum est, posterius ità futurum est ut non possit non esse futurum; prius non item. atqui quod est contingenter et liberè futurum, revera futurum est, licet absolutè possit non esse futurum. Ergo quod est contingenter et liberè futurum definitè futurum est.

Resp. 2° ut ad selct, dist. maj. quod est contingenter et liberè futurum, non est futurum definitè, seu, ut aiunt, determinatè determinatione absolutâ et antecedente, Concedo. Determinãõe hypotheticâ et cõsequente, nego. Concedo min. et simil. dist. cõem. Duplex est determinãõ rerum futurarum, una absoluta et antecedens, altera hypothetica et consequens est ea quâ posita alicujus eventus præsentiâ, in certâ temporis differentiâ rebus eventu dicitur futurus in õibus temporis momentis illuc temporis antecedentibus. Determinãõ futuri absoluta

est ea quæ independenter ab hypothesi factâ futuritiõis alicujus eventus, is eventus dicitur futurus ex quod ante ea dentibus causis puta decretis Dei vel ex serie causarum vel effectuum* consequatur, prior determinatio est actuum voluntatis nostræ liberorum, posterior est motuum ẽtium corporeorum qui secundum* naturæ leges in corporum accursibus præficiuntur. Equidem quod est contingenter et liberè futurum, non est definitè futurum absolutè sed est definitè futurum hypotetica. Porro objectum proposuum* de quibus agitur est contingenter futurum, ac proindè non est definitè futurum absolutè, sed definitè futurum est hypotetica; hoc est factâ hypotesi quod crastinâ die V.g. fit præsens illud objectum* sequitur idem nunc esse futurum et cum veritate dici posse hodie, eras illud objectum erit.

Prob. maj. si futurum contingens et liberum esset definitè futurum, esset definitum vel in se, vel in suâ causâ, vel ab æterno, vel in tempore.

Atqui nihil horum dici potest. ergo.

Resp. neg. min. secundum ōes partes. 1° futurum contingens est definitum in se relativè ad suam causam. Illud quippè est definitum in se relativè ad suam causam quod eatenus dicitur definitè quatenus voluntas quæ est ejus causa ad id sese determinaverit. Atqui futurum contingens eatenus definitum dicitur, quatenus voluntas humana quæ est ejus causa ad illud

* nuncupationis

* certas nat. est

* hic agi ea.

* certè hoc est

sese determinatura est. nam se habet eventus liberè futurus ad voluntatem sese conversuram ad actum, quemadmodum se habet eventus liberè præsens ad voluntatem actu agentem, et eventus liberè præteritus ad voluntatem prout olim aliquid agere voluit. Atqui eventus liberè præsens in tantum est definitus quo tempore ~~ter~~ præsenti, in quantum voluntas actu agit; Item eventus præteritus est definitus pro tempore præterito, in quantum voluntas sese ad illud libere contulit. Ergo a pari eventus liberè et contingenter futurus eatenùs est futurus, quatenus ad actum sese determinatura est.

2° futurum contingens est ab æterno definitum ab æterno pro futuro tempore. nam quod ab æterno futurum fuit potius quàm non futurum, illud ab æterno definitum est esse futurum pro tempore futuro. Atqui futurum contingens ab æterno futurum potius fuit quam non futurum. ex hypothesi enim futurum est et semper futurum fuit. Ergo futurum contingens est definita futurum ab æterno.

Prob. min. secundum 1am partem. Illud non est definitum in sua causa cujus causa nondum est vel si est, est indifferens.

Atqui causa futuri temporis vel nondum est, vel si est, est indifferens.

Ergo futurum contingens non est in sua

causâ definitum

Resp. dist. maj. Illud non est definitum in suâ causa, cujus causa non est, nec futura est, vel si est est indifferens, in differentiâ passivâ, Concedo. cujus causa non est vel futura est vel si est est indifferens, in differentiâ activâ, nego. lim. dist. min. et nego cõam. Duplex est differentia activa et passiva. Indifferentia activa est vis sui ipsius determinatrix: Indifferentia passiva est carentia hujus modi perfectionis, sive est posse impelli, sive est posse intelligi ab alio, talis est indifferentia materiæ ad dẽs formas recipiendas. Equidem illud non est definitum in suâ causâ cujus causa non est nec futura est, vel si est, est indifferens indifferentiâ passivâ. Sed nego illud non esse definitum in suâ causâ cujus causa non est, sed futura est, vel si est, est indifferens indifferentiâ activâ. Porrò voluntas humana Petri V.G. forsan nondum est, sed extitura est. atque dum ea existit et indifferens indifferentiâ activâ, sed non est indifferens indifferentiâ passivâ; Illud enim non est indifferens indifferentiâ passivâ quod vim habet agendi. atqui voluntas humana habet vim agendi. Ergo voluntas humana non est indifferens indifferentiâ passivâ; ac proindè male concluditur futurum contingens et liberum non esse definitum in suâ causâ.

Objicies 4° si propõum de futuro contingenti altera esset definitè vera, altera definitè falsa, Deus illas ab æterno cognosceret veras vel falsas.

Atqui falsum cõens

Ergo et Antecedens

Resp. neg. min. Nam Deus clarè et distinctè novit quæ futura sunt.

Prob. min. Si Deus ab æterno cognosceret hanc V.g. propõem, Petrus cras disputabit esse definitè veram, nẽcaria foret crastina Petri disputatio quæ enim eniet adeò sint præcisa eveniunt.

atqui falsum cõens.

Ergo et Antecedens.

Resp. neg. maj: Nam Scientia Dei nullam rebus infert necessitatem, tùm quia non res tantùm futuras attingit, sed modum quoque quo res futuræ sunt vel cum libertate, vel ex necessitate, tùm etiàm quia secundum nostrum concipiendi modum posterior illa est rebus saltem ut futuris; non enim ideò res facimus quæ libertati nostræ subjiciuntur; quod Deus illas prævideret, sed potius illas Deus prævidit. quoniam eas facturi eramus.

Et verò ut rectè rãocinatur Boetius lib. 5.° de Consolãe Phiæ; sicut Scientia præsentium nihil his quæ fiunt, ità præscientia futurorum nihil his quæ futura sunt importat; unde non providentia sed prõvidentia potius dicitur quod porro a rebus infimis constituta, quasi quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. quid igitur postulas, ut prosequatur idem auctor ut necessaria fiant ea quæ divino

* nacer. libertas impo. esse

lumine lustrantur. Cum ne hoc quidem nëaria faciant ea quæ vident? num enim quæ præsentia rerum aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus.

Ad probatem majoris distinctione utendum est, quæ sunt a Deo præcisa necessariò eueni- necessitate hypotetica, seu facta hypotesi, quod sint prævisa, quod sint prævisa concedo necessitate absoluta, nego. Duplex est necessitas ut eodem loco Seitè explicat Boetius, absoluta, seu ut ipse loquitur simplex et hypotetica seu ut idem habet conditionalis, absoluta necessitas est necessitas essentiæ quæ scilicet quidpiam absolutè ita se est tale, ita ut aliò modo se habere non possit quandiu existit, sic necesse est hominem constare ex mente et corpore, necessitas hypotetica est necessitas consequendi ex aliquo, sine est ea quæ aliquid facta quidam hypotesi aliter esse nequit, V.G. si aliquem ambulare videas, cum alium ambulare necesse est. Januerò quæ a Deo sunt prævisa nëariò eueniunt necessitate saltem hypotetica, hoc est posito quod Deus videat aliquid esse futurum Id reverà futurum est, sed quæ sunt a Deo prævisa non semper eueniunt nëariò necessitate absolutâ. Nam prescientia divina rerum naturam non mutat, nec impedit quominus ea ex libertate fiant.

Prob. maj. si quod est a Deo prævisum posset non euenire, falli posset Dei prescientia.

Atqui falsum consequens.
Ergo et antecedens.
Resp. dist. maj. Si quod præcisum est a Deo posset non evenire in sensu compositô* falli posset Dei præscientia, concedo. Si quod præcisum est a Deo posset non evenire in sensu diviso seù disjuncto falli posset Dei præscientia, nego. Concedo min. et simul dist. cons. Distinguendus est duplex sensus, sensus compositus seù conjunctus in eo versatur ut duos actus contrarios et pugnantes simul conjungat, V.G. actualem locutionem cum actuali silentio. Sensus divisus seù disjunctus dividit unum actum ab alio contrario, et cum actu uno conservat potentiam ad alterum actum, V.G. sensus divisus ità dividit actualem locutionem ut cum eâ retineat potentiam tacendi. his explicatis facile intelligitur tunc tantùm deceptum iri divinam præscientiam, si quod præscivit Deus posset non evenire in sensu compositô seù conjuncto cum hypothesi divinæ præscientiæ sed nullus futurus est error divinæ præscientiæ, si quod est præcisum a Deo posset non evenire in sensu diviso a Dei præscientiâ, V.G. Etiamsi præviderit Deus Petrum esse peccaturum, hic tamen posset absolutè non peccare, hoc est, in sensu disjuncto a Dei præscientiâ; imò vero si Petrus quem prævidit esse peccaturum, non retineret potentiam non peccandi, falleretur Dei præscientia, quia enim enim scientia vidit Deus Petrum esse peccaturum, eâdem vidit eum liberè peccaturum esse seù habiturum esse potentiam non peccandi.
Inst. si quod præcisum est a Deo non evenirent, falleretur Dei præscientia.

* seù conjuncto. esse

Ergo pariter si quod præviserit a Deo posset non evenire, posset falli Dei præscientia.

Resp. neg. cõam. Disparitas est quod intrà præscientiam Dei includatur rem esse futuram, non autem rem simodam esse necessariò futuram, ità ut non possit non fieri. Cum enim sit de essentiâ rerum liberè futurarum quod eæ possint fieri vel non fieri, debet idipsum Deus prævidere qui non tantum res futuras novit, sed modum earum quo res futuræ sunt. Quapropter falleretur quidem Dei præscientia si quod præviderit a Deo non eveniret sed minimè exinde concludendum est falli posse Dei præscientiam si quod ipsa includit, posset non evenire absolutè.

Prob. cõam. Eodem modo se habet potentia ad potentiam quo modo se habet actus ad actum. Ergo sicut Petrus actu falleret Dei Præscientiã si ea posita non peccaret. Ità potest eandem præscientiam fallere si possit non peccare.

Resp. dist. ant. si cætera sint paria, Concedo. secùs, nego. Sed hic omnia non sunt paria dum enim prævidet Deus peccatum Petri futurum, prævidet eâm ipsum habiturum esse potentiam non peccandi. Unde non mirum est si posita Dei præscientia de peccato Petri futuro, possit adhuc non peccare.

Inst. si Petrus quem Deus peccaturum esse prævidet, posset non peccare, potest fingi non peccaturus.

Atqui si Petrus possit non peccaturus falleretur præscientia divina.

Ergo si Petrus potest non peccare, potest fallere Divinam præscientiam.

Resp. neg maj. Fit enim prior hypotesis quâ Deus prævidisse dicitur Petrum esse peccaturum, Ergo fieri non potest altera hypotesi priori oppositâ per quam Petrus non sit peccaturus.

Prob. maj. possibili in actum reducto nihil sequitur absurdi

Ergo si Petrus quem Deus prævidit peccaturum esse, possit non peccare, potest fingi non peccaturus.

Resp. dist. ant. Possibili in actum reducto nihil sequitur absurdi si reduci dicatur ad actum eo modo quo possibile est, concedo. Secùs, nego. quare nego eodem. Possibile verò tantùm est Petrum quem prævidit Deus esse peccaturum non peccare in sensu Divisо seu sejuncto a divinâ præscientiâ, non verò in sensu composito et factâ hypotesi quod prævisus sit a Deo peccaturus, quemadmodum quicquid peccat, non potest manente eâdem hypotesi non peccare, licet absolutè et sublatâ hac hypotesi possit non peccare

Objicies 5.° Divinæ præscientiæ est causa rerum.

Ergo quod Deus prævidit futurum est necessariò etiam necessitate antecedente

Resp. neg. ant. Nam ut diximus, non ideo res sunt futuræ quia Deus eas prævidit, seu potius illas prævidit quia sunt futuræ.

Prob. ant. Scientia Dei est causa rerum ex Sancto Thomâ primâ parte Summæ Theologiæ quæstione 14ª. art. 8.º

Ergo Divina præscientia est causa rerum

Resp. dist. ant. Scientia Dei quæ vocatur simplicis intelligentiæ et causa rerum, esto. Scientia Dei quæ vocatur Visionis seu præscientiæ, est causa rerum, nego. quare nego cõam. Duplex secundum nostrum concipiendi modum distingui solet Scientia in Deo altera dicitur Scientia simplicis Intelligentiæ. altera visionis. Scientia simplicis Intelligentiæ dicitur ea quâ Deus in Deis suis res cõs ut meræ possibiles cognoscit, hæque Scientia nominari potest practica quoniam voluntatem Dei in rerum creatõe dirigit. Scientia visionis ea dicitur qua Deus res in aliquâ temporis differentiâ existentes novit in suis decretis et quasi præsentes intuetur, eaque Scientia est speculativa, et prout nobis concipitur posterior est decretis Dei, ipsisque rebus futuris, Recteque Scientia simplicis intelligentiæ dici potest causa rerum saltem directrix, quia antecedit decretum producendi et in rerum productione voluntatem divinam dirigit in quantum Deus id decum immutabilem semper operatur, decernitque id de cui liberrime

vult existentiam tribuere, sed scientia visionis
seu præscientia non est causa rerum scibilium
Cum enim secundum nostrum concipiendi
modum ea scientia sequatur decretum
divinum &c. producendi rebus, eas veluti
jam productas vi decreti præcedentis at in aliquâ
temporis differentiâ existentes intuetur sicque
iis veluti posterior concipitur.

Inst. Scientia etiam visionis prior est etiam re-
bus futuris easque præcedit antecedit.

Ergo præscientia est causa rerum.

Resp. dist. ant. scientia visionis est prior durâe
rebus futuris easque antecedit ut existentes,
Concedo. est prior râõe rebus futuris easque ante-
dit ut futuras, Nego. fateor scientiam visionis durâõe
priorem esse rebus futuris easque antecedere ut existen-
tes. Nam scientia Dei est æterna, res autem futuræ
existunt in tempore, sed iis prior non est râõe
easque non antecedit ut futuras; eas
enim prævidet Deus quia futuræ
sunt.

Inst. Præscientia Dei non pendet a rebus futuris,
à consensu V. G. nostræ voluntatis

Resp. Dist. propaream non pendet a rebus futuris
tanquam a causâ, Concedo. tanquam ab objec-
to, ẽo nego. Præscientia Dei non pendet a rebus
futuris tanquam a causâ, quia res futuræ
in Deum agere non possunt, sed divina præscien-
tia potest pendere a rebus futuris tanquam
ab objecto hunc terminante: scientia enim
non est nihili, sed alicujus objecti scientia

quo proinde pendet et dependentia connexionis
quæ certè nullam in Deo imperfectionem arguit.

Quasdam hic de industriâ omitto objectiones adversùs thesim probatam, quoniam hæ petuntur ex rebus quæ ad Theologi doctrinæ hujus instituto pertinent

Caput Tertium
De Divisibus Propõis.

Quatuor aut quinque in propõe consideranda sunt ex quibus multiplex ejus divisio ratio desumitur, Quantitas, Qualitas, Materia, forma, et Cogitatio quam significat.

Ratione quantitatis dividitur propõ in universalem, particularem, singularem et indefinitam.

Ratione qualitatis in affirmantem, et negantem, veram et falsam.

Ratione quantitatis cum affirmatione et negatione conjunctæ quadruplex est, Universalis affirmans et universalis negans, particularis affirmans, et particularis negans, quas contrahendi brevitatis causâ denotant Philosophi quatuor primis vocalibus litteris **A, E, I, O,** Sed de iis divisionibus propõis speciebus aptum est superiori capite, aliàs propositum dimissis quæ ex tribus postremis capitibus petuntur nunc prosequamur tribus

articulis

Articulus primus.
De Diuisione Propositiõis Ratione Materiæ

Propositiõ spectata rẽde materiæ seu terminorum quibus constat simplex est vel composita.

Propõ simplex ea dicitur quæ unico subjecto et attributo constat, V. G. Rõ est animal.

Propõ composita appellatur ea quæ multiplex habet seu subjectum seu attributum, seu utrumque simul, ut Angeli et mentes humanæ sunt spiritus.

Inter simplices propõnes numerandæ sunt eæ quæ specioli nomine nominantur complexæ. hujusmodi sunt propõnes quarum alteruter vel uterque terminus est complexus, hoc est, plures Ideas complectitur. Ex propõ complexa. Rõ qui colit Deum salvus erit, complexa inquã est rãde subjecti sui, Rõ includentis in se aliam Ideam seu propõnem quæ cum propõi quæ principalis dicitur sit adjuncta, propõ adjuncta seu incidens bene nominatur; quoniã verò in propõnibus complexis unicum est subjectum et attributum propõnis principalis ex numero propõnum simplicium reputari debet

Complexi sunt termini seu nomina subjectiva quibus adjungitur pronomen relativum Qui, Quæ, Quod, ut patet in exemplo allato, seu nomina adjectiva, vel sola, vel conjuncta cum nomine substantivo, nam adjectivum nomen, Justus v.g. substantiam cui inest justitia complexo forman verò scilicet Justitiam distincte significat.

Quamobrem propõnium simplicitati non ob aduersatur quum multitudo dummodo plures illæ voces sint ejusdem subjecti aut attributi partes, sed ut certo dijudicetur utrum propõ constans voce multiplici complexa tantum sit sicque simplex maneat, an composita sit. Considerandum est utrum commutari possit propõ in plures alias quas loquens conficere intendat tùm cùm loquitur: si enim commutari possit in alias propõnes quas loquens videatur in animo non habuisse propõ censetur simplex.

Quamvis ergo hæc propõ, hões mites et humiles corde a Deo erigentur bradeui possit in has cè duas: hões quidam sunt mites et humiles corde, i idemque a Deo erigentur. Quia tamen prior propõ videtur esse præter intentionem loquentis (si quidem is primario tunc non affirmat esse aliquos hões mites et humiles corde, sed tantùm eos qui tales sunt esse a Deo erigendos) ideo simplex censetur integra illa propõ, hões mites et humiles

corde a Deo erigentur.

Interdum evenit ut complectio seu adjunctio propõis non ad subjectum aut attributum sed ad copulam præcipue propõis referatur ut si dixerim nego materiam ex se ipsâ moveri posse. tunc contendo dem ex primâ causâ non abesse inerti materiæ derivari, hinaque non solùm de subjecto attributum dicimus, sed quo etiam modo unum alteri cohæreat exprimimus tunc emergunt propõnes, ut aiunt, modales de quibus infrà agemus.

Hîc observo cum Sphis veris sapientibus ex formulis quibus affirmatio aut copula propõis determinatur. eas potissimum seligi oportere quæ modestiam magis sapiunt quam authoritatem quasi magistralem plerasque velut dubitantes, et lectorum judicio submittentes tradere magis decorum est quam suo dogmata proferre quasi totidem oracula.

Pluribus sunt dignissimæ de complexis propõibus scripsit Author de arte cogitandi 2.ª parte, capitibus 5.° 6.° 7.° 8.°

Propõ composita est ea quæ constat ex multiplici subjecto, vel ex multiplici attributo, vel simul habet subjectum et attributum multiplex itaque ex duplicis generis: vel enim ejus compõ manifesta et clarè expressa est. hæc vocatur explicita seu explicitè composita, vel ejus compõ obscurior est, ut potè quæ non exprimitur et eget aliquâ expõne, hæc implicita vulgo dicitur

aut exponibilis.

Sed explicitè rursùm propõis ser numerari possunt species, copulativa, disjunctiva, condiõnalis, causalis, relativa, et discretiva. quæ õs species sua nomina et discrimina habent ub adjunctis particulis. Ipsarum definiões vide in compendio explicatas: Sed a quibus conditiõnibus ipsarum veritas pendeat nunc decernere par est.

Propõ copulativa si affirmans est, vera non est, nisi singulæ ejus partes sint veræ: sic cum veritate dicitur mens et corpus sunt substantiæ quia pars utraque vera est, falso autem diceretur fides et divitiæ sunt ad salutem necessariæ, quia una pars hujus propõis falsa est, quod si negans fuerit propõ tunc vel negão cadit supra partes copulatas et ad ejus veritatem pertinet ut utraque pars sit vera quâ de causa falsa est hæc propõ. Virgilius nec est orator nec poeta; vel negão cadit suprà copulam verbalem et est vera. modo alterutra istius pars sit vera: quare hæc propõ vera est, Virgilius non est orator et poeta.

Contradicitur copulativæ propõi cum negatur ista conjunctio ut cum dicitur idem esse et non esse.

Propõis disjunctivæ veritas consistit in legitima utrius que partis per particulam vel &c.

Conjunctæ propõis et alterutrius dumtaxat veritate. Sic rectè dicitur õis humanus actus vel est bonus, vel malus, qui nihil medium est falsò autem diceretur bellua vel est homõ, vel est equus

Indefinitæ ex propõõis disjunctivæ veritas, utpotè quæ oriatur ex vi et naturâ propõõis quæ suprà utramque disjunctivæ partem æqualiter cadit. quare nec valet cõentia à necessitate disjunctionis ad unam ex partibus disjunctis, V.G. ex eo quod õis humanus actus sit bonus vel malus, ~~actus~~ minimè sequitur illum esse bonum actũ.

¶ Propõõis conditionalis veritas pendet ex nẽcessariâ cohærentiâ utriusque partis per particulam si conjunctâ antecedentis et cõentis, seù ab unius partis ex aliâ consecutione, neq; ad ejus veritatem necessè est ut ejus partes sint veræ. sic rectè dicitur si equus animã habet cogitabilem immortalis est, sed falsò dicetur, si David fuit Rex fuit etiam justus nullum enim est inter ambas hasce partes vinculum, licèt pars utraque sit vera.

Causalis propõõ vera erit, si ambæ partes per particulam causalem, Quia, conjunctæ sint veræ, et præterea si una illius pars alterius partis causa fuerit; sic rectè dicitur væ divitibus, quia mercedem suam acceperunt in mundo seu falsa erit propõõ causalis; undè à contrariò falsa ẽt hæc propõõ, quia homõ est animal est rãonale; animal enim ratiõ in se non continet rãocinalitatem.

Relativa propõõ ut sit vera debent duæ ejus membra hîc cã rãõe connexæ sub quâ

comparantur, unde verè est hæc propõ, ubi est the-
saurus tuus ibi est et cor tuum, quia thesaurus
trahit ad se affectum cordis: sed verè non est hæc
propõ tanta mens est quantum corpus.

Discreta seù aduersatiua propõ consistit in
legitimâ utriusque partis oppõis et veritate:
sic verè dicitur difficilis est sed ecclis virtus, at
malè diceretur, Iudas fuit proditor sed tamen
auarus quia utraque pars sit vera nulla est
inter utramque partem oppõ.

Refelluntur et contradicuntur hæ propõnes
compositæ cum ipsarum veritas negatur:
quod fit cum initio ponitur particula non, sic
ista propõ aut amat aut odit mulier, refellitur
si quis dicat non ois mulier aut odit aut amat,
sed de eâ re legatur ars cogitandi 2ª parte
cap. 9.°

Iamvero implicitæ propõis quinque aut
sex numerantur species, exclusiua, exceptiua,
reduplicatiua, seu restrictiua, comparatiua,
incæptiua et desitiua.

Exclusiua propõ attributum conuenire
ait alicui subjecto exclusis oibus aliis per par-
ticulas exclusiuas dicatur, solus, &c. V.g.
Nobilitas sola atque unica virtus: quandoque
non exprimuntur particulæ exclusiuæ, sed
mente intelligendæ sunt. Quod apud latinos
frequentissimum est ut videre est in his
propõibus Ephesiorum cap. 4.° versu 5.° Deus
unus, una fides, unum baptisma, et secunda

ad Corinthios cap. 10. v. 17. qui gloriatur in Dño glorietur; quæ propõnes sic intelligenda sunt, Vnus est tantum deus &c. qui gloriatur in Dño tantum, glorietur

Exceptiva propõ est ea in qua attributum affirmatur aut negatur de subjecto secundum totam suam extentionem exceptis tantum quibusdam subjecti inferioribus per particulas, nisi præter &c. Vt Dei nisi pœnitentiam egeritis, peribitis.

Exclusiva et exceptiva propõ magnam habent inter se cognãem, hæque non tam re quam loquendi formulis differunt undevt una ad alteram revocari potest: si ista propõ imperitus nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat, eadem recidit ac ista exclusiva propõ, Ignarus hoc tantum rectum putat quod ipse fecit.

Falsæ sunt hujusmodi propõnes si subjecto non conveniat attributum quod huic convenire dicitur, aut si aliis præterea conveniat aut etiam sine quo existit

Propõ reduplicativa seu restrictiva ea est in qua occurrit particula reduplicans, in quantum, quæ significatur rãõ formalis et specialis propter quam attributum convenit subjecto, ut si dicas hõ in quantum mentem habet, immortalis est; Verum hujusmodi propõnes ad causalem merito revocatur. Vnde idem quod de causali de ipsa dictum putandum est.

Propõ comparativa est ea quæ comparationem unius cum alio exprimit, v. g. melior sunt

vulnera amici, quam fraudulenta osculamini
mici.

Veritas hujus propõis consistit in legitima utriusque partis comparãde. ut autem hujusmodi fiat comparãõ inter duo, non semper necesse est positivum istius comparativi utriqꝫ comparãdis membro absolute competere, hoc quidem ut plurimum requiritur, hinecque ridiculus videtur hac propõ, nix est candidior atramento, sed in usu tamen positum est tum in sacrâ scripturâ passim, tum in elegantibus scriptoribus profanis ut non solum ex bonis duobus unum dicatur alter & præstantius. sed ex duobus quorum alterum bonum est alterum & imò malum unum dicatur altero melius; imò ex duobus malis unum aliquando dicitur altero melius ut cum eadem scriptura dicit melius esse habitare cum draconé, quam cum muliere vitriolâ, hujus locũõis hæc potest afferri rãõ, quod minus malum collatum cum majori malo quasi bonum sit.

Propõ inceptiva est ea quæ constat verbo inceptivo, hoc est, initium rei alicujus significante.

Desitiva propõ est ea quæ constat verbo desitivo, hoc est, finem alicujus rei designante; falsa est utraqꝫ ista propõ si res aut nullatenùs fit aut priùs aut postea fuerit, legatur ars cogitandi loco supra laudato.

Articulus 2.us

De Diuisione Propositionis Ratione formæ

Propositio spectata ratione formæ, hoc est, rationis attributi cum subjecto. quadrupler est, nẽaria, contingens, possibilis et impossibilis; quæ ẽs propõnes in compendio explicatæ sunt.

hujusmodi propõnes vel sunt absolutæ, vel modales.

Absolutæ dicuntur propõnes quando in eis non exprimitur modus quo attributum convenit subjecto: modales vero nominantur, si modum exprimant, quo attributum convenit, aut non convenit subjecto.

Ex quâ diuisõe propõnum colligitur aliud esse quod propõ sit necessaria, contingens, possibilis et impossibilis. aliud esse cum esse de nẽario contingenti, possibili et impossibili. Enimverò propõ, potest esse nẽaria contingens possibilis et impossibilis, quamuis in eâ non exprimatur modus quo attributum convenit subjecto. Sic nẽaria est hæc propõ hõo est animal, non tamen est de nẽario nec proindè modalis est.

In propõne modali duo distinguuntur, dictum et modus. Dictum est ipsa propõ absoluta quæ remanet sublato modo; modus verò est adverbium propõnis significans dispõnem propõnis suæ affirmatæ

aut negadam, sic in allata propõe, modus est particula necesse, dictum verò est hoc propõ Circulus est rotundus.

Quatuor sunt solemnes modi quibus forma seu verbum propõis affici potest, contingens, necesse, possibile et impossibile.

Necesse totam significat totam subjecti et attributi convenientiam ut hoc de illo negari non possit.

Contingens significat quod nunc est posse non esse.

Possibile significat quod nundum est posse esse.

Impossibile totam significat subjecti repugnantiam, ut hoc de illo dici non possit.

Isti quatuor modi nonnunquam nominibus exprimuntur, ut necesse est, impossibile est, aliquando adverbiis ut necessario contingenter. hinc propões aliæ dicuntur modales de nomine ut necesse est hominem esse animal, aliæ modales de adverbio. ut hõe est necessario animal, sed hæ propões vix aliter quam dicendi modo discriminantur.

Modus est quasi attributum propõis modalis cujus subjectum est ipsum dictum. sic in ista propõe necesse est hõem esse animal rãonale, subjectum est hõem esse animal, prædicatum verò modus necesse est.

Habenda autem est potissima rão modi ut judici unferatur de quantitate et qualitate propõis modalis.

1.° Quantitas propõis modalis ex modo estimatur; nempropõ modalis censetur universalis si modus sit universalis; particularis autem si modus sit particularis; ex quatuor

modis duo sunt particulares. Possibile et contingens, duo etiam universales impossibile et nēarium. siquidem duo priores modi non ēinò nec quovis loco et tempore conjungunt vel disjungunt attributum et subjectum. quod si negāo modo praeponatur. tùm mutatur propōis quantitas; siquidem non nēariò et non impossibile sunt modi particulares. non contingens et non possibile sunt modi universales.

2.o Propōis modalis affirmāo et negēo à modo etiam pendent si enim modus affirmetur de dicto propōo censetur affirmans, etiamsi dictum sit negativum: contrà verò si modus negetur de dicto negans habetur propōo, licet dictum sit affirmans. Sic affirmans est hæc propōo, hoēm esse Sphum contingens est verbum, hæc verò negativa contingens non est hoēm esse Sphum, unus tantùm est modus negans, scilicet impossibile. tres alii sunt affirmantes dummodò nulla iis adjungatur negāo.

3.o Veritas et falsitas propōis modalis pendet maximè ex modo. nam vera est propōo modalis in quâ modus cum veritate affirmatur aut negatur de dicto, qualis est hæc contingens est hoēm esse Sphum. Sed falsa habetur illa in quâ perperam affirmatur aut negatur modus de dicto, seu vera sit propōo vāe dicti, seù non, ut patet in istis propōibus contingens est hoēm esse animal, necesse est hoēm esse Sphum.

Articulus 3.us

De Diuisione Propositiõis Ratione Cogitatiõis Eâ Significata

Propositio vãoc cogitatiõis quam significat vel ~~tit~~ explicat ~~eq~~ ea quæ sunt in alicujus rei Idea et ea definitio, vel rem jam conceptam in partes si quas habet distribuit et diuisio nõ alur de utrâque dicendum est accuratiõ ejus etiam earum usus pertinet ad ea õia quæ scitur.

Vtrunque plurimi non propõem sed oratiõnominari volunt; Orãõ enim ingeiunt, est quælibet compoõ vocum ad significandam mentis alicujus cogitatiõem instituta, propõ verò aliquando quo judicium aliquod significat

Verum hoc dissidium quod ludit in tenui solâ ambigui sermonis explicatiõe evanescit, si enim definitio et diuisio spectentur seorsum a subjecto definito et diuiso sunt quidem Orãões, Ideam proprius subjecti definiti et diuisi pluribus vocabulis exprimentes quam propões judicium aliquod ~~exponentes~~ declarantes: V. g. cum dicitur animal rationale mortale non significatur judicium, sed nõ complura vocabulis pluribus exposita, idem cogitandum de diuiõe. Si autem definitio et diuisio conjungantur cum rebus subiectis

definito

definitis et diuisis at conjungi solent per verbum, ex
V.g. si dicatur, hõo est animal rãonale, vel ois
substantia corpurea est aut incorporea, minimè
dubium est quin fiat propiõ cum tunc aliquod
exprimatur Iudicium: hæc de definitõe et divi-
sione conjunctim: nunc de utrãque sigillatim
dicendum est.

De Definitione

Definitio est orãõ exponens quod obscurum
est, vel in re vel in nomine, Duplex ideirco en,
nominis et rei.

Definitio nominis est ea qpã dicit aliquis quid
per vocem intelligat (per nomen enim hîc intelli-
gitur vox quelibet) sit hæc prout vult unusquis-
que; nam cum voces significent per liberam hõum
institutõem, licitum est unicuique hãc vel illã vocẽ
hoc vel illud significare, modo alios moneat quam
vim nomini attribuat, nec eam de inceps mutet.

Qua propter istam õem controversiam po-
sunt istæ definitiões, et principii vicem habent
apud mathematicos; in quibuscumque verò
tradendis disciplinis usurpandæ ex sunt, tum
ad vitandas, restricandasque disputatões inanes,
tum etiam rejiciendæ obscuritatis et fugiendi
erroris gratiã: plurima enim pars errorum
nostrorum, et disputatiõum humanarum initium
suum habet ab vitiosa, atque ambiguã lo-
quendi rãõe. V.G. Qui asserunt vulgò hoẽs,

et nonnulli etiam ex Pthis ignem calidum esse in se, et lapidem esse absolutè grauem, quod meritò negant Cartesiani? Vis ista Controversia tota quanta est consistit in ambiguâ, et multiplici* nominis hujus, Calor, quemadmodum alibi explicabitur.

*significatio

Vt verò certior usus sit definitionis nominum quædam notata esse velim.

1.° non inconsideratè usurpandas esse vocum definitiones; Quæ enim voces apertæ sunt, et dilucidæ, non sunt euolvendæ definitionibus sic ens, extensio, cogitatio, ordo, numerus, et alia id genus per se cognitæ voces definitionibus sæpè obscurantur.

2.° neque temerè esse utendum potestate vocum definiendarum, interpretandarumque ad libitum, ut à definitionibus quæ sunt ex usu communi aut semper, aut sine causâ recedamus; Cum enim vox quæpiam certam et distinctam Ideam in ore omnium designat significatio ejus immutanda non est. Certè vim quandam mentiri inferimus, cum Ideam communiter alicui voci adjunctam ab eâ voce detrahimus.

1. Duæ præterea sunt species definitionis nominum; alia quæ est secundum usum communem in quâ explicatur quid plerique per nomen aliquod intelligant, ut triangulus est figura tribus lineis contenta; alia est quæ vocis, dicta si fit derivata originem quæ sit et vocatur Etymologia hujus exemplum patet in hac definitione: Mentiri est ire contra mentem seu cogitationem suam. De ambabus Grammatici satagunt et ii quoque qui in Dictionariis conficiendis nouam operam.

accuratè

Vt verò* explicetur quid voces ex usu communi significent, habenda ratio est non Ideæ solum primariæ quam significant. sed aliarum veluti

adjunctarum Idearum quas ex usu communi in nobis excitant: sæpe etenim vocibus exprimuntur non usu tantum Ideæ et cogitatio, sed aliqui etiam cogitandi modi quemadmodum antea notavimus prima parte sectione secunda. capite 2°. hanequa ob causam definitiones nominis quæ sunt secundum usum communem obnoxiæ sunt explicationibus et emendationibus: nimirum definitiones nominis secundum usum communem arbitrariæ non sunt, quemadmodum nomen differet a re, ita definitio nominis a definitione rei et non propter verbi ambiguitatem sed propter rerum notitiam, adhibetur, nihilque est aliud, quam oratio explicans naturam rei seu quid res sit. Duplex est ratio modorum quibus fit, altera accurata seu essentialis quæ definitionis nomen servat et meretur sola, altera minus accurata quæ appellatur descriptio.

Definitio accurata seu essentialis est ea quæ naturam rei explicat per principia ejus essentialia, quorum quod commune est seu convenit multis naturâ diversis vocatur genus, et quod speciales est, differentia specifica nuncupatur; talis est ista definitio mens est substantia cogitans.

2. Definitio imperfecta seu potius descriptio est explicatio rei per plurima adjuncta: quæ fit multis modis, vel assignando multa accidentia quæ sorsum sumpta diversis rebus convenire possunt. non item si sumantur conjunctim, tuncque vocatur accidentalis. Tales sunt definitiones plantarum, animalium, cæterorumque corporum physicorum quæ sunt figura, magnitudine, colore, et aliis similibus

accidentibus adumbrantur, vel per proprietates quasdam, ut hõe est animal disciplinæ capax ad societatem natum, vel causarum externarum inductiõne ut si hõe describatur Creatura ad imaginem et similitudinem ejus propter beatitudinem cõentem Oratores aut Poetæ descriptiones rerum faciunt non definitiones exactas.

* a Deo conditus esse

Priorис generis definitiões afferri possunt in abstractis nominibus, seu ut clarius loquar in notionibus rerum quarum Ideas mens habet, ad alias res per congeriem attributorum aut qualitatum explicari et definiri debent quod semper etenim in explicandâ naturâ corporum physicorum ñdatim.

Definitiõs rei ex voluntate hõum non pendent. Cum una quæque res habeat suam naturam immutabilem suasque perfectiones ideoque postquam allatæ sunt, non raro impugnantur; quam ob causam secum faciunt illi si in disputando eremantur quas rerum definitiões finxerunt pro certis obtrudunt principiis, quibus refragari sit nefas.

Sed ut in definiendo non peccemus tres observandæ sunt leges.

1.a lex. Definitiõ fit clarior re definitâ, idest rei naturam evidenter ostendat: non igitur in re definiendâ utendum est Metaphoris, aut vocibus inusitatis et ambiguis, quo vitio laborant ea et similes definitiões, anima est numerus seipsum movens, motus est actus entis in potentiâ quatenus in potentiâ. Itidem hæc definiri non possunt quæ per se sunt apertissima,

ut tempus, Ordo, existentia, numerus, &c.

2.ª lex definitio sit ~~convertibilis~~ reciprocæ, hoc est tota definitio conueniat propriasque ejus amplectatur perfectiones propriasque ejus amplectatur perfectiones. hic illa usu trita axiomata, cui conuenit definitio conuenit definitum; cui conuenit definitum conuenit definitio cui repugnat definitum repugnat definitio. tunc vera maximè definitio propria est, quando constat genere proximo et specificâ differentiâ. diligentissimè obtemperandum est huic legi: definitio enim vel aliquâ ex parte obscura, vel paululum longior, tolerabile erratum est: at definitio non reciproca improbabilis idcò est. 3.ª lex ~~definitio~~ sit ~~brevis~~

3.º Definitio sit brevis, id est, nihil in eâ redundet, advertis hanc legem peccari quando adduntur voces superuacuæ ut si hõe definiretur animal rationale mortale: ~~cauendum~~ tamen est ne dum brevis esse laboras, obscurus fias.

* propriæ seu essentiales

De Diuisione

Diuisio latè sumpta est oratio distribuens continens in ea quæ continet: Duplex autem est alia vocis, seu nominis quæ melius distinctio appellanda est, alia divisio seu distinctio nominis est significationum enunciatio: æquivoci vocabuli, aut distinctio ambiguæ sententiæ, ut cum dicitur canis vel est animal latrans, vel piscis, vel sydus. In oi disputatione et rei cujuscunque tractatione primùm adhibenda est vocum distinctio, ut constet de quâ re aut quo sensu de eâ agatur.

Divisio rei quæ sola propriè hoc nomen habet est totius in suas partes distributio: sunt autem diuersæ species totius, et proindè divisionis.

Duæ verò sunt species totius generales.

Aliud est totum actuale seu singulare, quod partes

habet

habet in se, quæ dicuntur actuales, ex quibus constat: ut hõ hõ qui ex mente et corpore valescit. totum hujusce generis à Latinis vocatur simpliciter totum.

Aliud est totum potentiale seu universale, quod a Latinis vocatur oe, estque illud quod partes habet sub se quæ ideò dicuntur subjectivæ seu inferiora, ut genus respectu specierum quæ in extensione generis continentur, ut species respectu individuorum.

alia proindè est divisio totius actualis, quæ partitio nominanda est non divisio, ex Ciceronis italis en dis: tribuõ hõis in mentem et corpus, corporis in hæc membra, regni in suas provincias; Cicero enim dividendi à partiõe differre in eo nos admonet, quod hæc fit totius in partes suas, illa generis in suas species, hoc est, ut verbis uter scholarum, hæc fit totius actualis, illa totius potentialis.

Optima partiõ hæc unicâ regulâ continetur, enumeratõem partium accuratam esse debere, de quibus vide Compendium Logicæ.

Tres sunt leges divisiõis rerum.

1.ª lex. sit integra seu adæquata, hoc est, membra dividentia simul sumpta adæquare debent totum divisum, nec quidquam desit, nec quidquam superfit: Contrà hanc legem peccatur non rarò, quia non satis observatur res videri oppositas quæ tamen medium aliquod patiuntur: sic inter insitiam et peritiam est mediocris scientia, male ergo dividerentur homines in peritos et ignaros, quia maxima pars hõum inter utrumque illud extremum posita est.

2ª Lex. Divisio fiat in membra opposita et quantum fieri potest immediata, hoc est, inter totum et illa nullum debet esse aliud membrum interjectum, ut cum dicitur dies numerus vel est par vel impar; quo major est inter membra divisiõis oppõ, eo melior videtur divisio. Cæterùm in primis habenda rãõ est evidentiæ et distinctionis: maxime

anim

enim laus diuiõis est perspicuitas: et modo diuiõe immediatâ seu in partes propinquas est utendum, prout postulare videntur tum res ipsæ diuidendæ, tum animi nostri indoles.

Optimum erit verbis positivis non negativis exprimere differentias quibus membra opposita distinguuntur dummodo verborum penuria, aut cognitionis nostræ tenuitas non absit, hac enim ratione melius intelligatur natura partium diuidentium, necesse tamen non est differentias rem eandem diuidentes esse reales et positivas, sufficit vero si altera sit positiva, altera verò sit ipsum genus cum negatione differentiæ hoc positæ, imò hac ratione certo scimus membra esse opposita, sic differentia bellua rum ab hominem mera cogitationis negatio quæ nihil est reale.

3.tio lex quæ est secundâ sequitur. Membra diuisionis nec nimis multa esse debent, ne quia confusionem parerent, cujus arcendæ gratiâ institutio est divisio, nec unum altero concludi debet, V.g. male diuideretur humanum corpus in caput, truncum, pedes, manus, et artus. nam manus et pedes in artubus continentur, aut certè si una pars aliquando in altera contineatur non debet hæc de altera âpsâ posse prædicari, sic linea quidem continetur in superficie, sed tamen superficies de linea negari affirmari, Verisimum est quod super cære habet Seneca, Idem aurichum, inquit, habet ruinis ac quod nullo diuino simile est comfuso. quid quid in pulverem usque secutum est

Caput. Quartum
De Comparacoibus Pp̃ōum

Comparaões propõum fiunt vel per oppositionem propõum mutuam vel per conversionem ipsarum vel demùm per reductiõnem ad eundem sensum. 1.ª Comparãa vocatur Oppõ. 2.ª Conversio. 3.ª Æquipollentia.

Oppositio Propositionum

Oppõ propõum vulgò definitur pugna duarum propõum eodem subjecto et attributo eodem constantium vel penes quantitatem, vel secundum solam qualitatem, vel secundum utramque simul.

1.º dicitur pugna duarum propõum eodem subjecto et attributo eodem constantium, ut ent propões sint oppositæ constare debent er subjecto et attributo iisdem non solùm ex cundum vocem sd et secundùm significaõem unde non opponuntur hæ propões, Judas est damnatus intelligendo proditorem; Judas non est damnatus, intelligendo fidelem apostolum.

2.º Vel secundum qualitatem solam, vel secundum quantitatem, vel secundum utramque simul: ex* quippe ~~tribus~~ capitibus peti solet

*tribus

propõum oppõ. quæ quadruplex distinguitur, subalterna, contrariæ, subcontrariæ et contradictoria.

Oppõ contradictoria est pugna propõum penès quantitatem et qualitatem simul.

Contradictoriæ quoque dicuntur propões singulares quarum una affirmat quod negat altera, V.G. Petrus est justus, Petrus non est justus, Contradictio quippè quàtim definitur affirmão et negão ejusdem de eodem secundum eadem.

Contraria oppõ est pugna propõum universalium penès solam qualitatem ut inter A. E.

Subcontraria propõ est pugna propõum particularium penès qualitatem solam ut inter I. O.

Subalterna oppõ est pugna propõum penès solam quantitatem ut inter A, I, vel E, et O.

Propões subalternæ propriè non opponuntur sed diversæ tantùm dici possunt, earum quippè una includitur in alterâ, scilicet particularis in universali, Cum tamen oppositorum unum continere non debeat alterum, neque etiam propriè opponuntur subcontrariæ propões quamvis enim videantur pugnare propter vinculum in eâ affirmatum, negatum in alterâ reverâ tamen non pugnant, quia non sunt de eodem subjecto, nisi vocetenus, ut constat his duabus propõibus, quidam homo est Sphæra, quidam homo non est Sphæra: affirmo quippè unius et negão alterius propõis cadit

supra diversam partem subjecti communis, & homo, atque adeo una non negat de aliquo quod altera de eodem affirmat.

Aliquæ sunt aduti leges harum cum propositionum speciem hic observandæ. propoñes contradictoriæ ambæ simul veræ aut falsæ esse nequeunt, sed in quacunque materiâ ex vere sentur, seu in nĕariâ seu in contingentiâ una vera altera vera semper est in se, altera falsa. Inde ex veritate unius nĕariò colligitur falsitas alterius. Ità si verum fuerit aliquem hoĕm non esse justum falsum erit hoĕm esse justum; quia ad veritatem posterioris propoñis necesse est ut sit res quæ significatur et ad veritatem posterioris propoñis nec esse ut res quæ hæc significatur non sit impossibilis.

Propoñes contrariæ non possunt esse simul veræ sed possunt esse simul falsæ, interdum altera vera est, altera falsa; seu quod idem est ex veritate unius sequitur falsitas alterius; sed non vicissim ex falsitate unius inferri debet alterius veritas, sic non possunt simul veræ hæ propoñes omnis hoĕ est justus, nullus hoĕ est justus, sed ambæ possunt esse simul falsæ, si nempè aliqui tantùm hoĕs sint justi.

Propoñes subcontrariæ possunt esse simul veræ, sed non possunt esse simul falsæ; possunt quidem simul esse veræ quoniam non tollitur de iisdem subjectis; idque perpetuo verum est quotiescumque attributum propositionum subcontrariarum subjecto inest contingenter, ut in istis propoñibus, aliquis hoĕ est justus, aliquis hoĕ non est justus cum enim ambæ particulares versentur in materiâ nĕariâ

altera

altera semper est vera, altera falsa. sic vera est hæc propõ, aliquis hõ est animal, falsa vero est subcontraria, aliquis hõ non est animal. at in quâcunque materiâ non possunt esse simul falsæ subcontrariæ propõnes nam si harum una falsa sit necesse est ut propõ isti contradictoriæ opposita sit vera; V.g. si falsa est hæc propõ aliquis hõ est lapis, ista erit necessariò vera, nullus hõ est lapis, quæ propõ non potest esse vera quin propõ particularis aliquis hõ est lapis quæ subalternata est, sit quoque vera, quapropter non magis propõnes subcontrariæ possunt esse simul falsæ quam contradictoriæ.

Propõnes subalternæ in materiâ necessariâ aut impossibili sunt simul veræ aut simul falsæ. Ita simul veræ sunt ambæ istæ dis hõ est animal, & aliquis hõ est animal; falsæ vero sunt istæ; dis hõ est lapis, aliquis hõ est lapis. sed in materiâ contingenti, universalis est fere semper falsa, particularis autem vera.

Dum oppõnum maximæ est contradictio tum quia propõnes contradictoriæ pugnant quantitate et qualitate simul tum quia ambæ simul nequeunt esse veræ aut falsæ.

Conversio Propõnum.

Doctrina de conversione propõnum usum suum habet in reductione syllogismorum 2.di 3.ii et 4.ti figuræ ad primam, extra quam operam non magnæ est utilitatis.

Conversio propõnum est mutua subjecti

at

et attribui permutãs, remanente semper eãdem propõis qualitate, sed mutatã nonnunquam illius quantitate. A E et I.

Duobus quippe modis fieri potest conversio vel simpliciter vel per accidens.

Simpler est ea in quâ remanet eadem propõis quantitas et qualitas. verbenus hoc modo propõ universalis negans et particularis affirmans E — A. et E et I

E... nulla mens est corpus
nullum corpus est mens
I.... aliquis hõ est justus
aliquis justus est hõ

Conversio per accidens est ea in quâ mutatur propõis quantitas eaque competit propõi universali affirmanti, atque etiam universali negant O, et A et E.

A.... Oĩs angelus est substantia.
I aliqua substantia est angelus.
E.... Nullus hõ est justus.
O aliquis Justus non est hõ

Certius in Scholis additur modus conversionis per contrapõem in quâ termini ex finitis infinis redduntur infiniti seu potius indefiniti adjunctâ particulâ negante, hic conversionis modus locum habet in propõe particulari negante, vel etiam in universali affirmante, O et A —

O.... Aliquis hõ non est Justus
.... Aliquis non justus non est hõ

A . . . . Dis hvo est animal
. . . . . E non animal non est hvo
Sed tertia hæc est conuersionis species tanquam inutilis et ad nullam usum pertinens, undè ẽis conuersionis species contentas agnosce.

E, I simpliciter conuertitur; A, E per accid.

Ex his quæ de conuersione dicta sunt videre 1.° est conuersionem ẽm esse propositionum affirmantium vel negantium, 2.° Vniuersalem affirmantem nonnisi per accidens conuertendam esse, particularem verò affirmantem simpliciter tantum conuerti, 3.° uniuersalem negantem conuerti posse tùm simpliciter tùm per accidens. 4.° neutro modo conuerti posse particularem negantem, legatur super eâ re author artis cogitandi 2.ª parte capite 1.° et 2.°

Quo vero ẽm cauillationem in conuertendis propõnibus effugias attentè animadverte ad usum et significationem propositionum conuertendarum unde propõnita. Nullus* fuit Senex, male conuertitur in istam nullus Senex fuit Juuenis; nimirum prior propõnitè ex explicanda. Nullus Juuenis est is qui senex fuerit, tùmque sic fiat conuersio, nullus qui fuerit senex est juuenis; nam hujusmodi propõnes significãe sic fiat complexæ. Simili ratõe vera est hæc propõ nullus Senex potest fieri juuenis, idem in eam conuerti nequit nullus juuenis potest fieri Senex priùs ita ut explicanda nullus Senex est quiddam quod potuit esse Juuenis, tùmque rectè conuertitur nullus qui potuit esse Juuenis est Senex, hujusmodi argutias nolui nuncupare ouittere, quod quibusdam placeat.

* Juue nis

Æquipollentia Propositionum.

Æquipollentia propositionum est modus adducendarum propositarum ad eundem sensum seu ad eandem significationem. Id autem fit beneficio particulæ non, quæ proponitur subjecto contradictoriæ propositionis, postponitur subjecto contrariæ, et tandem præ et post ponitur subjecto subalternæ alterutrius. quæ regulæ hoc versu continentur.

Præ contrà dic, post contra, præ postque subalternæ.

Vnico tantùm exemplo rem designo. A, sicut omnis homo est justus, reducitur ad significationem contradictoriæ O sicut aliquis homo non est justus. si præponatur particula non illius subjecto hoc modo non omnis homo est justus. Supervacuum foret plura hic addere exempla modorum et legum æquipollentiæ cum regulæ istæ in gallicâ linguâ locum habere non possunt in latino verò sermone parùm sint inutiles.

Pars Tertia

Logicæ

De

Ratiocinatione

Quando res seu Ideæ ad quas attendimus lucent ipsæ per se tum statim et nullâ Ideâ intercedente judicamus quæ sit earum natura aut quæ sint earum relationes, tali modo habemus nos circa prima principia, totum est majus suâ parte, quæ sunt æqualia alicui tertio, sunt æqualia inter se.

Sed plerumque per se clara non est Idearum duarum societas, tunc que tertia quæ dam Idea inquiritur cum quâ ambæ Ideæ aut seorsum aut

conjunctim comparantur ut tandem inter se denunciantur aut separentur, hæcque judicandi forma est ratiocinatio. Propositio verò in qua ambæ hujusmodi Ideæ continentur quæstionis aut problematis nomen obtinet.

Cum ratiocinatio verbis exprimitur vocatur argumentatio utroque illo modo hanc considerabimus.

Sectio Prima.

De Ratiocinatione prout in Mente est.

In ratiocinatione considerari debent ejus natura, species, et Regulæ, ad divisiones ratiocinationis quas cum argumentationes communes habet, sectione 2ª explicabimus.

Caput Primum,

De Naturâ Ratiocinationis

Ratiocinatio secundum vim nominis est quædam cogitatio per quam nos ipsi a nobis rationem

porcimus, quare aliquid judicemus, huic non absimilis est discursus quo significatur quidem animi cursus ab unâ cogitatoe ad aliam.

Definiri potest ratiocinatio tertia mentis cogitatio quâ unum Judicium ex aliis pluribus infertur. Ex hâc definitione sequitur 1° ad essentiam ratiocinationis tria saltem pertinere judicia duo præcia ex quibus inferatur tertium ex iis dictum; nullum enim de re quâcumque judicium inferre ex aliis possumus judiciis quin ejus ideæ hujusce judicii aut secum aut simul cum adjunctâ tertiâ Ideâ collatæ fuerint, quæ comparatio duo ad minimum exigit Judicia præcia: V.G. ut mihi hoc immortalem esse ratiocinando probare possimus comparamus utramque quæstionis Ideam cum Ideâ substantiæ incorporeæ; adeo ut primum fiant duo ista Judicia.

Quis substantia incorporea est immortalis.

Atqui mens hominis est Incorporea

postmodum concluditur.

Ergo mens hominis est immortalis.

2° ad ratiocinationem necessario referre ut sit connexio inter præmissa Judicia et quod ex his infertur. Minimè enim sufficit judicia antecedentia vera esse et certa quoniam ex quolibet vero et certo non deprimitur quodlibet dubium et controversum.

Judicia ex quibus infertur judicium eorum vocantur ratiocinationis principia, aut præmissæ, aut antecedens quod fundamenta sint Judicii inferendi eique in mente præeant.

Quod verò ex iis sequitur judicium vocatur eorum.

Nexus verò seù connexio judiciorum antecedentium cum eorum consequentia.

3.° Ratiocinationem tamen consistere in solâ conclusione seù ut accuratius loquar in consecutione unius ex alio; exigit quidem ratiocinatio judicia multa ut ex iis unum inferat sed ex iis non componitur tanquam ex partibus. quemadmodum nec judicium contat ex Ideis multis licet eas conjungat aut dividat.

4.° eam proindè esse simplicem mentis actum, et quid cum Judicii speciem aliquam esse quoniam est affirmatio aut negatio.

Ratiocinatione nos uti necesse est eo quod angusti sint limites mentis nostræ paucarumque tantum rerum Ideæ satis claræ et præsentes in nobis sint, ut solâ comparatione apparent conjunctæ ne sint an disjunctæ; cumque verò Ideam inquirimus tertiam in quâ ambæ illæ Ideæ conveniant ut postmodum concludamus ambas illas Ideas secum pariter convenire. Exempla hujus cogitationis deesse non possunt cum totius vitæ tenor atque omnis ferè humana cognitio ratiocinatione quâdam perfici videatur. Quid enim agimus quod dijudicandum priùs non judicemus, quodque ratiocinando non colligamus

In his autem quæ propter assuetudinem promptè et facilè operamur, etsi nullus deliberandi aut ratiocinandi locus esse videatur non ideircò discursus iis ab iis abest. hic enim nullas fortasse temporis moras postulat. maximè nullo difficultatum obice

retardatur. Quid mirum? Mens nostra nec spatiis temporum, nec brevium angustiis cogitandi constringitur. Certè nosse veritatem in ministerio excitatas tam celeriter mens in ordinem dirigit, dum alias seligit, alias repudiat, illas adducat, has inhibet, ut ne cogitare quidem nec dum attendere videatur. attamen ordo Notarum, delectus cogitandum, citra ratiocinandi seriem et moram aliquam vix effici potest.

Caput secundum

de

Regulis ratiocinationis

Maxima cum cautione et diligentiâ regulæ ratiocinandi in Logicâ præcipi solent. Utrum verò quanto labore tanta ad formandam ratiocinandi utilitate addiscantur, non injuriâ dubitatur. Mens nostra leges ratiocinandi naali quadam scientiâ et industriâ nititur et tractat, adeò ut ars veri et falsi disceptatrix nobiscum nasci et natâ ipsâ evidcatur. Exemplo nobis sunt plurimi hôc qui non comparaverunt Dialectica sua præcepta nec de argumentorum formulis artificiosis fuerunt multum inquieti: tamen acerrimè demonstrant vim ratiocinandi

nativam et Ideas rerum explicandarum recipientes. Qui verò iique numero pauci imperitiâ ratiocinandi a vero aberrant cor ingenio male compotes et tornatos ars in Verum nunquam habuisset.

Negari tamen potest huic huic naali et incohatae vi ratiocinandi incrementum, et perfectionem artis legibus legibus et crebra praesertim exercitatione posse accedere.

Generali hoc praecepto continentur omnes quotquot hadi possunt de ratiocinade regulae. In oi ratiocinade duo saltem praemittantur judicia quorum altero contineatur, altero contenta declaretur Conclusio.

Hujus praecepti ratio ex ipsâ ratiocinadi natura petitur. Cum enim ea adhibetur cum quaestionis alicujus veritas liquido nobis non appareat quâ in occasione aliud quaeritur Judicium notius ex quo haec extrahatur, quodque eam contineat et confirmet. Sed quia Judicium illud continens dictum complexum non potest iisdem verbis quaestionem probandam quam modo tantùm quali in se includit, imò opus est alio judicio quod quaestionem judicio continenti applicet, seu quod declaret conclusionem includi in continente judicio. unde secundum judicium vocatur applicativum vel declarativum; in recta judicia continetur ~~Ego~~ Deus O.M. meus Hominis est immortalis, in isto judicio continetur, Omnis. Substantia incorporea est immortalis; idque

declarat alterum judicium: atqui mens hõis est substantia incorporea. Nam si mens sit substantia incorporea, certè mens nostra in hac propõe gnãlr continetur, id substantia incorporea est immortalis, adeoque ipsa immortalis putanda est.

In istam regulam gnãlem quæ dam adhuc sectione consequenti observabuntur.

Sectio Prima

De Argumentatione.

Sex circà argumentadem prestabimus, naturam ejus inquirentes septem ejus spẽs enumerabimus, postmodum dicemus seorsum de argumentãõe demonstrativâ probabili et Sophistica. postremo regulas proscribemus argumentadis gnalis: apprimis tamen pluribus de Syllogismo explicabuntur.

Caput Primum.

De Natura Argumentationis.

Argumentatio nomen duxit ab argumento, hoc est rei cujus cognoscitur a medio,

quo mens utitur ad probandam questionem
seu propoem quae dubia erat. Definitur Oratio
quae ad rem judicium ex prioribus judiciis
illatum dubiatis propositibus exprimitur.
Est scilicet interpres vaccinadis arguendi
differt sicut oratio a cogitatione quam significat.
Quapropter tria ibidem in argumentatione re-
periuntur et secerni debent, antecedens, Cons,
et Cōa.
antecedens seu principia sunt propōes ex
quibus aliqua infertur propō, quandoque
una tantum loquendo refertur antecedens pro-
pō Sed alia tunc animo intimo intelligitur.
Quandoque plures quam duae propōes pre-
mittuntur ut in argumentatione quae vocatur
Soritos. antecedens debet esse consequentia clarius
Consequens ex propō ex antecedentibus propo-
sitionibus collecta
Consequentia est connexio consequentis cum
antecedente, seu est oratio propter quam
cōens infertur ex antecedente. hac ostendi
solet his particulis, Ergo igitur itaque, quam-
obrem, unde, et similibus. V.G. in hac argu-
mentatione, bonum perfectum est amandum.
atqui Deus est bonum perfectum Ergo Deus
est amandus. Priores duae propōes sunt
antecedens; posterior cōens, et connexio hujus
cum ambabus consequentia vocatur.

Ex cõente et cõentiâ erurgit conclũo quæ
cham complexio vocatur in quâ id quod dubi=
um antèa erat ex rebus dubiis conficitur et
stabilitur. Vndè quæstio et Conclũo sunt
res eadem, sed diverso modo consideratæ
quæ in quantùm dubiam habet veritatis rã=
nem Quæstio: in quantùm verò aliquo argu=
mento confirmata est, Conclũo vocatur.

Cõens Cum cõã non confundas. Cõa ali=
quando bona ex tametsi cõens sit falsum; ut in
isto exemplo. Materia est cogitans, Ergo potest
esse beata. Vicissim potest esse veram cõens
et mala cõa, ut si dicatur. Bũo est animal. Ergo
est rãonalis. Hinc sequitur cõens dici debere ve=
rum aut falsum, quia propõ est, propõ autem
cõis vera est aut falsa: at cõa non dicitur vera
aut falsa quia veritatem aliquam non exprimit,
bona tantùm vel mala dicitur quia bene vel
male infertur ex antecedente, undè iterum
inter disputandum distinguimus cõens, et
negamus vel concedimus cõam.

Observandum est cõam bonam esse posse
dupliciter, rãõe materiæ solius, aut rãõe
formæ.

Tunc verò cõa bona ex rãõe materiæ so=
lius, cum cõens infertur ex antecedente propter
naturalem rerum connexionem, ut cõis circulus
est planus et rotundus. Ergo cõe planum et
rotundum est circulus. Hæc cõa bona ex
rãõe materiæ solius, quia inibi ex con=
junctio et necessitudo in naturâ fundata

inter plauum et rebundum conjunctum, et circulum
sed cõa ista bona non est rae formae quae
non sequitur ex antecedente propter artifici-
osam terminorum et propõum dispoem, quan-
doquidem servando idem artificium, hoc est con-
vertendo simpliciter alteram propõem uni-
versalem affirmantem, ex antecedente verò
inferri potest falsum cõens, ut patet in isto
exemplo: Oĩs hoõ est animal. Ergo oe animal
est hoo.

Dicas ea bona est rae formae, quando in
qualibet materiâ servatâ eâdem terminõ-
et propõum dispõe, nunquam ex antecedens
te verò sequi potest falsum cõens. Vt in hac
argumentãe. oe bonum est amandum.
atqui studium sapientiae est bonum. Ergo
illud amandum est:

Quares 1.o In quo posita sit argumentãois
natura, an in conclõe tantùm, an in-
õibus simul propõibus.

Resp. minime dubium esse quin argumentãõ
quae est oratio ex pluribus propõibus ante-
cedentibus et conclõe composita in iis õibus
conjunctis simul constituta sit, tametsi
rãocinãõ quae est actus mentis in solâ con-
clõe consistat, sitè potius in consecõe uni-
us ex aliis.

Quares 2.o utrum admisso antecedente te-
neatur quis assentiri conclõi.

Resp. ita esse: nam conclõ necessariò sequitur
ex praemissis propõibus.

Caput Secundum
De Speciebus Argumentationis

Duo sunt argumentandi modi quibus in inueniendis aut docendis disciplinis uti solent hões. Primus est in quo fit progressus a partibus ad totum et speciebus ad genus. Secundus est in quo a toto ad partes, ab universali ad particulare fit descensus. Prior vocatur Inductio, ut pote quae ex partibus totum colligit. posterior Syllogismus quoniam in syllogismo ex universali particulare, ex toto pars plerumque concluditur.

Sed Inductioni adjungi solet exemplum: syllogismo verò consociantur sorites, dilemma, Enthymema, Epicherema, undè septem sunt argumentadis species.

Inductio est argumentadis species quâ ex ōium siue generum siue specierum siue individuorum enumeradō aliquid his ōibus commune concluditur. Ut si quis ita ratiocinetur: Aurum liquari potest, argentum, cuprum, stannum, plumbum, ferrum, liquari possunt. Ergo oe metallum liquari potest.

Hac rerum probandarum vāo ad inueniendam veritatem utilissima et efficacissima est: melius enim et securius quis procedet

1o

non potest in veritatis indagatione quam si illius quod cognoscendum suspicit partes ōes attente inspexerit, atque exinde ōem rei naturam cognoscere didicerit.

Verum in inductionis usu magnae hōum imprudentiae esse solet saepè saepius ex aliquot particulis aut exemplis universale quidpiam colligimus. neque ad ea quae non videntur quaq; exacti animum interdicimus. Ea quippe est ingenii nostri indoles ut ex iis quae in aliquot rebus deprehendit festinanter cupiat ad quaelibet quaedam propōes, vel quod congruum ei videatur et molestum ire per singula, partesque ōes enumerare; vel quod ad ea solum attendat quae sunt vulgaria et posita ante oculos, facile autem praetermittat quaecunque magis rara sunt et abdita.

Exemplum est argumentatio qua ex aliquo singulari aliud singulare simile colligitur, ut si quis dicat, Deus pepercit Davidi poenitenti. Ergo et mihi parcet. prudenter et raro adhibenda est haec argumentandi species, in iis enim quae videntur simili discrimina saepè occurrunt, quae justam unius ex alio consecutionem impediunt.

20 Sorites seu gradatio est argumentatio ex pluribus propōibus ita constans ut attributum prioris et subjectum ultimae propōis attributum cum subjecto primae componatur. sic per 4 gradationem ostendere potero aquas esse metallicas.

Quaeri multa dixerant.

qui multas desiderant multis egent.
qui multis egent sunt miseri.
ergo omnes sunt miseri.

hoc argumento genere utimur* quia ab quando medius terminus non sufficit ut duarum idearum convenientia fiat in conclude. Tunc vero secundus aut tertius aut etiam multiplex medius terminus investigatur donec Idea occurrat aliqua quæ inter se deminuantur duo termini conclusio solemne est geometris ita argumentari. In gradibus tinenda est rerum nobilium significatarum ne quidem permixto seu confusio; ideo non bene argumentaberis dicendo qui bene bibit bene dormit, qui bene dormit non cogitat malum, qui non cogitat malum non peccat, qui non peccat beatus est. Ergo qui bene bibit beatus est. non bonum, inquam, est hoc argumentum quoniam confunduntur causæ quæ vocant per se cum causis quæ dicunt per accidens.

Dilemma est argumentatio composita in commodum unde quoque inferens; unde post diuidem totius in suas partes, id concluditur de toto quod de quâvis parte concluserunt. Tale est hoc aduersus impios argumentum:

Impii moriendo vel tot pereunt, vel animas habent corpori suo superstites.
Si toti pereunt, perit simul cum ipsis felicitatis.

* unius eius

3°

si corpori suo superstites vivunt nulla
*spes felicitatis sed dis miseria eos manet.
Ergo nulla spes felicitatis in impiis
esse potest.

hæc argumentandi ratio frequentissime apud Rethores. si vero non ita plerumque dilemmatis propositi sortium exprimunt, sed reticent propositionem totalem, qua sit divisio aut partitio. v. g. paucis contrahi poterit dilemma nostrum propositum quo spes est impiorum in suo interitu; aut si quæ natura animæ nostræ est, remaneat illa incorrupta; qui spes est impiorum misera in æternis cruciatibus.

Vitiosum est dilemma si propositio disjungens non includit membra totius divisi: hac de causa vulgatum dilemma adversus nuptias non concludit. vel erit inquiebant, forma præstanti quam uxorem duces, vel deformi si formosa sit; fides ejus erit suspecta; si deformis injucunda hæc erit et insuavis, Ergo uxor ducenda non est. non concludit inquam tum quia medium est inter speciosam et turpem mulieris formam; tum etiam quia necesse non est uxoris vetustæ suspectam esse fidem aut fastidiosam eas quæ valitudo formæ non nitebit.

Insuper vitiosum est dilemma quando conclusio particulares unius cujusque partis alterius vero non sunt, quemadmodum ceraitur in dilemmate mox allato.

Qui Dilemmate utitur eniti debet primo
ut adversarius aliquâ ejus propo prema-
tur; idcircò nullius fuit roboris istud Dilem-
ma Charis eorum adversus Chr. Dnum aut
affirmabit, inquiebant dandum esse censum
Cæsari aut negabit, si negaverit, Cæsarem
offendet; si asseveraverit infensus erit
populo; atque adeò iram et odium vel Cæsaris
vel populi in se concitabit. Sed Christus ostendit
se neutrâ dilemmatis parte pressum fuisse.
Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ
sunt Dei Deo. 2° eniti debet ut adversus se
retorqueri Dilemma non possit, ut similiter ipse
non prematur modo. Quâ propter vanum est
Dilemma istud Protagoræ adversus Euathlum
Discipulum suum pro dimidio* pretio liti-
gantis quod persoluturus erat Euathlus
cum primum causam aliquam egisset et
obtinuisset, si, inquit Protagoras, contra te
lis data erit merces mihi ex sententiâ
debebitur, quia ego vincero. Si verò secun-
dum te judicatum erit merces mihi ex pacto
debebitur quia tu vinceris: contrà verò in
Protagoram magistrum formâ utens simi-
li retorquet discipulus Euathlus. si Judices
pro meâ causâ censerint nihil tibi ex
sententiâ debebitur quia vincero; si contrà
me pronuntiaverint, nihil tibi ex pacto
debebo, quia non vincero.

* promissæ mercedis ex.

Enthymema est Syllogismus truncatus cujus
aliqua propō antecedens reticetur, et tan-

1/2 v

mente retinetur; prout græcum Enthymematis nomen sonat: Unde Enthymema in ore, ut aiunt, et Syllogismus in mente.

Hunc probandi modum homines vulgò in suis colloquiis usurpant, in quibus longas verborum ambages non amant, et ut sibi quædam intelligenda relinquantur quodammodo postulant, ultrò præcurrunt et supplent ipsi per se quod verbis deesse aiudetur, fit enim vero via sermonis eo major, quo brevior; sic Enthymema illud medeæ apud Senecam. Servare potui perdere an possim rogas? Altius animum subit, quam si ad Syllogisticam formam esset redactum. Qui servare potuit, potest et perdere. Atqui. Ergo.

Quandoque ad brevitatem et celeritatem sermonis majorem ambæ Enthymematis partes contrahuntur in unam propositionem quæ ideirco ab Aristotele appellatur Enthymematica.

Epicherema est Syllogismus cujus alteruter vel utrique præmissarum sua probatio adjungitur. Pulcherrima et in colloquiis scriptisve hodie maxime in publicis actionibus retinetur. hæc argumentandi mentem offendat dubia aut obscura propositio dilata probatione. via enim ferunt hoc modum argumentandi, quo plurimi sectarum Syllogismi conficiuntur, et negata propositio per circuitiones longas demonstratur, sed plurimum mentem delectat ut quæ ad rei cognitionem pertinent statim circumspiciat atque ex iis quæ dubia sunt et obscura citissimè emergat.

Hæc quantum ad divisionem argumentationis ratione formæ seu dispositionis formæ, altera est ejusdem divisio ratione materiæ ex qua constat,

Syllogismi scie ptiæ mediorum quibus innitiⁿ quæ
stud alia sunt eiñò firma et certa alia probabilia tantùm,
alia in specie vera reipsâ falsa sunt. Unde argutaõ est vel
demonstraõ vel probabilis raõ, vel Sophisma.

Caput Tertium
de
Argtaõe Neariâ
&
Demonstratione

Argumentatio nearia est ea cujus argumentum neariò conjunctum cum extremis generat firmum assensum, eaque duplex est Theologica et Pphica.

Argutaõ theologica est ea cujus argumentum est auctoritas Dei revelantis. Cum enim Deus sit ipsa veritas, ideò quidquid ab illo revelatum est illud nobis indubitatum esse debet. sed de hoc argumentaõis modo agere theologorum est, qui solent prima studia sua in id conferre ut exponant locos, ut aiunt,

communes doctrinæ hus.

Argumentatio syllogica est ea cujus argumentum rectè et evidenter conjunctum cum subjecto et attributo quæstionis generat scientiam: vocatur etiam et solet demonstratio.

Demonstratio quippe est ratiocinatio seu ratiocinationum series constans ex præmissis rectè veris, hoc est vel per se evidentibus vel per alias prius evidentes jam probatis, ex quibus rectè vera infertur conclusio.

Duplex est præsertim demonstrationis species, altera a priori seu per causam altera a posteriori seu per effectum.

Demonstratio a priori est ea qua effectus per causam, proprietates per essentiam, consequens per antecedens clarè ostenditur.

Demonstratio a posteriori est ea qua causa per effectum, essentia per proprietates aut functiones antecedens denique per eosdem probatur.

Prior cur res ita sit; posterior quod sit, ostendit. Illa ideirco huic præstat, tum enim rem optimè scimus cum ejus causam propriam cognoscimus, sed rara admodum est; sæpius verò ex effectu causam propriam cognoscimus quam vicissim.

Tertia additur demonstratio per absurdum seu impossibile cum scilicet probatur aliquid non ita esse quia ex ejus rei ita existentis hypothesi aliquid sequeretur absurdi. Hujusmodi demonstrationes mentem quidem sic movent, ut iis resistere non possis sed hæ lucem animo non afferunt, neque ipsum reddunt quietum et tranquillum, nam quod videat aliquis rem quampiam

aliter esse non posse quam nunc est, non planè sedatur sciendi cupiditas sed aliquid ultrà mens expetit ~~mi~~ evidentiam nempè quâ cognoscatur cur res ita sit, quapropter scholæ adhibendæ non sunt istæ demonstrationes nisi ubi per ipsam explicari et demonstrari nequit.

Ex duplici ratione demonstrandi a priori et a posteriori duplex methodus exorta est analytica quæ inventionis et synthetica quæ doctrinæ ordo dicitur: Per Analysim ex effectu ad causam, ex partibus ad totum. Per synthesim ex causa ad effectum ex toto ad partes progredimur. Sed de utraq; parte agendum erit.

In oi demonstratione tria spectanda sunt, Quæstio, Medium, et Principia. 1°. Diligenter observanda est quæstio proposita ut videamus quid ipsa sit, tùm an ea demonstrari possit aut debeat. Neque enim ppones ões demonstrari possunt aut debent. Demonstrari non possunt ppones in quibus accidentia fortuita mutabilia et impossibilia prædicantur de subjecto non debent autem demonstrari hæ res quarum tanta est evidentia ut vix ulla major esse possit.

Medium perfectissime demonstratione est definitio ~~rei~~ rei primaria includens ejus ejus attributa unde emanare concipiuntur ões rei proprietates & vires.

In demonstrationibus a priori Medium est

causa proprietatis quæ demonstratiue, danda est opera ut quantum fieri potest ppria et prxima rerum cãa afferatur, non remota duntaxat. Ex ãibus tamen causarum generibus eruti possunt argta ẽp pluribus exemplis confirmari poterit.

Si demonstratio sit a posteriori medium petitur ex effectibus qui in aliam causam vertendi non possunt.

postremo ppria demonstrationum debent esse hearió vera, hoc est per se esse euidentia ut sunt prima axiomata; vel per alias ppones probata, ut sunt ẽclusiones primorum syllogismorum

Caput Quartum
De Argtãe probabili, vbi de Locis, ut aiunt, Dialecticis.

Argtão probabilis est ea cujus argtum contingenter timeam enthymemis cohaeret, seu cujus vel utraq; propositio, vel altera saltem probabilis est; dicitur etiam topica, seu localis quia ex locis, ut aiunt, seu sedibus quibusdam argtorum, quæ a Dialecticis deliguantur, sunt depromptæ.

Probabilis autem est illa ppo quæ licet non sit nearia, vera tamen apparet vel ãibus

vel saltem sapientioribus, et duplex est altera ratio veri similis nititur, et dicitur opinabilis; altera nititur auctoritate suâ, et dicitur credibilis. Prior generat opinionem, posterior humanam fidem, utraq; vera quidem est sed infirma et incerta.

Adhibentur ejusmodi ppoões probabiles maximè ut soluantur problemata, hoc est ppoões communes et obuiæ, in quâcunque mâ sive moraliue physica, de quibus in utramque partem disputari potest.

Nihil porro facilius est, quam quæstiones et problemata agitare, sed eas argtis probare idoneis, sæpius est difficillimum. quod assequimur ope inuentionis quæ oratori cum Dialecticis communis est, utque enim argtis utitur ad probandum, sed ea Orator præterea exornat, quod non facit Dialecticus.

Quam inueniendi argta ubertatem, qui consequi volunt plurima legant et scribant, meditentur, ad verbum ediscant præsertim de Religione, Theologiâ, ppliâ, Jurisprudentiâ, de virtutibus et vitiis, de affectibus hoûm, de rebus similibus, de historiâ de cæteris disciplinis et artibus, ut plurima habeant meditata et prompta. Cum si qua res ad dicendum probandumque inciderit, ea his quæ legerint, viderint, audierint aut alio modo cognouerint. eruant quæ utilia sunt ad probandum his demum subsidiis ars et facilitas inuentionis ditabitur, quæ tota pendet ex ingenio, prudentiâ, cognitione et usu rerum atque etiam ex attentissimâ rei consideratione quæ ad probandum et dicendum subjectum est.

Nam quod attinet ad locos communes seu sedes argtorum in quibus versantur ea quæ de inuentione explicari solent, hujusmodi præceptiones ad inueniendum prorsus

Appendix

De Syllogismo Specialim.

Longum de syllmo sermonem facere solent Dphi scholarum tum quia omnes fere argumentaõis species ad ipsum revocantur, ejusque proinde leges accommodantur cæteris condendis et probandis; tum etiam quia frequentissimus usus illius est apud Dphos, rarus autem cæterarum argutaõum.

De eo quidem maximè vera et certa præcipere solent sed quæ neque quam aut parum prosunt ad argumentaõis seu legitimam rationem defendam seu observandam vitia: adeò multa et diversa pro minutissimo syllmorum discrimine ea præcepta sunt.

Caput Primum

De Naturâ et Principiis Syllogismi

Syllogismus definitur ab Aristotele Oratio in quâ quibusdam positis aliud quid diversum ab iis quæ ponitur sunt necessariò sequitur

ex eo quod hæc sint, idest oratio quædam in qua positis duabus propositionibus quarum altera major altera minor vocatur. tertia propositio scilicet conclusio necessario sequitur ex eo quod verae sint duæ propositiones

Sed naturam syllogismi melius explicat facta distinctio duorum quæ veluti partes sunt syllogismi materiæ scilicet ejus et formæ.

Materia syllogismi est id ex quo componitur syllogismus, et duplex remota seu termini et proximæ seu propositiones. De terminis et propositionibus in compendio actum est, nunc iis quæ ibi definita sunt adjicio conclusionem esse vel directam vel indirectam.

Conclusio directa est in qua servatur genitus ordo terminorum. &c

Indirecta vero conclusio dicitur ea in qua debitus ordo terminorum evertitur.

Verum quærendum est quid sit debitus ordo terminorum quæ proinde sit directa conclusio.

Quidam existimant habendam esse rationem significationis absolutè terminorum adeo ut illa conclusio tenenda sit directa in qua major extremum prædicatur de minus extenso. qualis est hæc propositio. mens humana est cogitans in qua cogitatio quæ communiter est cuilibet spiritui de mente humana dicitur.

Cæteri scholi credunt id dijudicandum non esse secundum potestatem terminorum conclusionis sed secundum quæstionem quæ proposita fuerit cujus est forma et ordinem

conclusõi dare; ita vt illa conclusio directa habenda sit in qua idem terminorum ordo retinetur qui in questione propositâ; illa vero conclusio indirecta sit in quâ hic ordo non seruatur. quapropter nulla proprie est directa conclusio sua sententiam dicam esse arbitror. Enimvero Conclusio suam jam speciem et designationem habet, antequam fiat argutio conclusõis quippe est questio ipsa que data fuerat ad examinandum. Atqui si conclusio suam jam speciem et designationem habeat antequam fiat argutio, Conclusõ non potest directa vel indirecta reputari secundum potestatem absolutam terminorum conclusõis sed secundum questionem que proposita fuerat. Ergo directa vel indirecta dici non potest secundum potestatem vi inque absolutam terminorum, sed secundum formam eorundem in questione propositõi.

Vt ergo definiatur num conclusõ ista Õe bonum amandum est bonum directa sit an directa prius quaerendum est quenam sit vera questio definiendi: si enim questionem fuerit num Õe amandum sit bonum directa est conclusio. vt pote quia hoc ipsum definit et in eodem ordine. Si vero forma ista inuerta quaerebatur num Õe bonum sit amandum, conclusõ ista Ergo Õe amandum est bonum haberi debet indirecta.

Forma sylli ista disputõ materia sylli:

Duplex est ipsa vel materia proxima et modus vocatur vel materia remota et dicitur figura utriusque multa designantur species quas non proponimus nisi propositis antea Syllogismis regulis gñalibus.

Caput Secundum

De Regulis gñalibus Syllogismorum

His ōis Syllogistica fundamentum habet in duobus principiis quorum alterum spectat ad Syllos affirmantes, quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; alterum vero pertinet ad Syllos negantes quorum unum est idem uni tertio et alterum non est idem uni tertio. Ea non sunt eadem inter se.

Præterea in hac tractandâ arte meminisse oportet axiomatum quæ sancita sunt 2ª parte Logicæ, circa naturam propositionum universalium et particularium affirmantium et negantium quæ cum probata ibi fuerint, scripsisse eo loco sufficiat.

I. axioma. Propō particularis continetur universali ejusdem secum naturæ et non vicissim.

II. axioma. Quantitas propōis, hoc est ejus universalitas et particularitas desumitur

creditur, sed ii non concludunt vi formæ, at propter materiam, videlicet ob mutuam propositum ex quibus componuntur reciprocabem, quod fit cum major secundum significationem suam est exclusiva, licet non exprimatur particula exclusiva. Vide super eâ re artem cogitandi tertiâ parte cap. 12°.

Vitatissimi sunt syllogismi conditionales in disputationibus scholarum, parendum tamen est ne huic argutationi plus æquo alludamus, tum quia vitanda est Oratio, hinc quæ etiam quia consuetudo ipsa aliis probatur artis disputatricis magistris sed ut promptu est remedium. Dico enim argumentationem conditionalem converti posse in absolutam.

Syllogismus copulativus est ille cujus major propositio est copulativa negans, in isto syllogismo una pars in minore assumitur ut altera in conclusione tollatur; unde conclusio est semper negans. V.G.

Ut Non potest homo simul servire Deo et mammonæ.
Atqui avarus servit Mammonæ.
Ergo avarus non potest servire Deo.

Sed una pars in minore negari non potest ut altera ponatur seu affirmetur, ut patet in istâ radicinâce ex eadem majore deprompta.

Non potest homo simul servire Deo et mammonæ.
Atqui prodigus non servit mammonæ
Ergo prodigus servit Deo.

Cæterùm vis hyſtrii copulativi pendet ex conjunctione propoſitio copulativæ.

Syllogismus disjunctivus est ille cujus major propō est disjunctiva. V.G.

Charitas est donum nāale vel supernāale.
Atqui Charitas non est donum nāale.
Ergo non est donum supernāale.

Duæ sunt istius syllogismi figuræ. 1.a quā ex disjunctis inter se membris unum tollitur ut quod reliquum est relinquatur. quæ modum in exemplo allato videbar, quandoque hic membra sunt in hujusmodi syllogismis. hinc vero duo membra tollantur seu negentur ut unum cum retineatur, sicut in isto S.th Augustini Argumento lib. de mendacio cap. 9.o

Aut non est credendum bonis, aut credendum est eis quos credimus aliquando mentiri,
aut non est credendum bonos aliquando mentiri.
horum primum est pernitiosum, secundū est stultum.

Restat Ergo ut nunquam mentiantur boni.

2.a Species est cum una pars majoris disjunctivæ ~~est~~ retinetur ut tollatur altera. sed ea minus nāalis est. Exemplum istud sit.

Regum interfectores vel sunt homicidæ
vel sunt libertatis vindices
atqui sunt homicidæ.
Ergo non sunt libertatis vindices.

Tota vis huius modi argutatiois posita est in exquisita diuisione quæ membra proponat fieri quæ sint opposita, sin minus corruit totum argumentum ut si dicerent.

Aut est obediendum Regibus contra legem Dei, aut est in eos rebellandum.

atqui non est in eos rebellandum.

Ergo obediendum Regibus contra legem Dei.

Vel aliter assumendo.

atqui non est iis obtemperandum contra legem Dei.

Ergo contra eos rebellandum est.

Neutrum faciendum est. Sed quid vis ferendum est potius quam in Deum aut in regem peccetur.

2° Syllogismus vocatur argutiæ seu medii quo solet diuidi solet in demonstrativum, topicum seu probabilem, et sophisticum quæ diuisio non tam syllogismi quam argutatiois sumpta in genere diuisio reputanda est.

Solent Dialectici aliquot agitare quæstiones de scientia propter cognitionem scientiæ cum argumento demonstrativo. Vnicam è multis tracto, quæ proponi solet his verbis: Vtrum scientia fides, et opinio stare simul possint in eâdem mente de re eâdem.

Ratio dubitandi est quod quod diuersi sint Caracteres, & effectus scientiæ, fidei et opinionis: scientia quippe est cognitio euidens, et certa: fides certa sed obscura: opinio tandem ad

incerta et probabilis. Ōēs quæstionis voces explo-
ro ut hâc in re quas tenebras habet, non
fallat ambiguus aut incertus quæstionis
status.

1º notanda est vox stare, hoc est, persuadere
mentem, non vero cognoscit seu objectum esse cognitū,
minimè etenim dubitatur quin scientia, fides et
opinio esse possint simul in mente eadem de re eâdem
seu ad eam cognitionem argumentorum quibus ii habitus
nituntur. Potest enim aliquis nosse media
seu argumenta tum scientiæ quibus res aliqua
demonstratur, tum revelationis divinæ propter quam
creditur tum opinionis probabiliter suadentis. Sed
Difficultas est utrum scientia, fides et opinio
simul consistere possint, ità ut persuadere simul
mentem possint.

2º Simul, hoc est tempore eodem; num extra
dubium est, scientiam, fidem, et opinionem posse
consistere in eadem mente de re eâdem, sed
diverso tempore: quæ V.G. fidei nostræ mysteria
sunt, ea lumen vitæ futuræ nobis revelabit.

3º In eâdem mente. Multa etenim ab uno
creduntur quæ sunt manifestè scitu ab altero.

4º De re eâdem seu de eodem objecto, aut iisdē
attributis rei. Nam scientiam, fidem, et opinionem
habere possumus circa varia Dei aut mentis
nostræ attributa, sic evidenter videmus Deum
esse unum et credimus eum esse trinum, sic evi-
denter videmus mentem nostram esse incorpo-
ream, et credimus illam esse a Deo remu-
neranda.

His vocibus quibus continetur et exprimitur hab-

Questio de conspiratione scientiæ cum fide et opinione, addendum est censio dantium istam secundum idem. Nam rei unius respectu plures respectus plurimi et diversi possunt cognosci simul mente eâdem, vel per scientiam, vel per fidem, vel per opinionem. Sic eadem Dei attributa quæ Ideâ ejus claræ cognoscuntur, fidei itidem objectum sunt in eâdem mente quantum ad plures respectus quos ratio in iis non ostendit. V.g. Providentia Dei sub diverso respectu est simul in mente eâdem objectum fidei et scientiæ. Scientia igitur cum fide stare potest simul in eâdem mente, eadem vere, sed diverse modo considerata.

Hoc proinde unum relinquum est ut definiamus num scientia, fides et opinio simul consistere possint seu vim persuadendi habere ergo eandem mentem vere de re eâdem secundum idem seu secundum respectum eundem.

Sanctus Thomas 2ª 2ᵉ quæst. 1ª art. 4ᵗ 5ᵒ judicat et definit scientiam esse non posse in eâdem mente de re eâdem secundum idem, nec cum opinione nec cum fide ad cujus mentem sit

Conclusio

Scientia consistere simul non potest

cum fide et opinione in eâdem mente de re eâdem secundum eundem respectum.

Probr. Qualitates contrariæ simul stare non possunt in eadem subjecta: contraria quippe se mutuò excludunt.

Atqui scientia, fides, et opinio de re eâdem secundum eundem respectum et in mente eâdem consideratæ sunt qualitates contrariæ. Nam scientia est assensus datus propter argumentum evidens, hoc est cognitio fundata in ideâ rei claræ et distinctæ: fides vero est assensus datus propter argumentum inevidens, hoc est, propter testimonium Dei revelantis quod rebus creditis extrinsecum est: opinio tandem est assensus datus propter rationem aliquam cum dubitatione conjunctam est, ergo scientia, fides, et opinio de re eâdem secundum eundem respectum, et in mente eâdem consideratæ. Sunt qualitates contrariæ.

Ergo scientia consistere non potest simul cum fide et opinione in eâdem mente de re eâdem secundum eundem respectum.

Et certè docet Sanctus Thomas 2.ae 2.ae. Quæst. 1.a art. 5.o In corpore. et ad quartum impossibile est idem secundum idem ab eodem esse scitum, creditum, et opinatum. Nam scitum est visum et creditum est non visum: hinc quod est scitum et creditum existimatur

esse impossibile, aliter se habere; opinatum vero existimatur possibile aliter se habere. Ergo ut cum eodem Sancto Thomâ concludam de eodem secundùm idem non potest esse simul in eodem homine scientia, nec cum opinione nec cum fide.

Responsiones ad Objecta.

Objicies 1°. Mens uti potest argumentis certis et probabilibus, claris et inevidentibus ad probandam rem eandem, V. G. Existentiam Dei.

Ergo mens eadem simul affici potest scientiâ, fide, et opinione circà rem eandem.

Resp. dist. ant. Mens uti potest argumentis certis et probabilibus claris et inevidentibus ad probandam aliis hõibus rem eandem, Conc. ad probandam eam ipsi sibi, nego. quare nego cam. Revera mens uti potest argumentis scientiæ, fidei, et opinionis ad probandam rem eandam aliis hõibus. Sed mens uti non potest argumentis scientiæ fidei et opinionis ad rem eandem probandam sibi jam scientiâ affectæ, nam mens quæ jam scientiâ rei unius affecta est, non potest ad eandem istam rem sibi persuadendam iis uti argumentis quorum affectum seu modum persuadendi tollit scientia. Atqui scientiâ quâ jam persuasus hõe est tollit

effectum argumentorum fidei et opinionis, nam evidentia Scientiæ tollit obscuritatem quam includit fides, et incertitudinem quam relinquit opinio. Ergo mens quæ jam affecta est Scientiâ rei unius uti non potest simul argumentis Scientiæ, fidei et opinionis ad rem eandem sibi persuadendam. atque adeo male concluditur mentem eandem posse affici simul Scientiâ, fide, et opinione circa rem eandem.

Inst. Mens uti potest simul ad persuadendam rem eandem ipsi sibi argumentis iis quæ rem eandem probare possunt.

Atqui argumenta Scientiæ fidei et opinionis rem eandem probare possunt.

Ergo mens potest uti argumentis Scientiæ fidei et opinionis ad persuadendam rem ipsi sibi.

Resp. dist. maj. Mens uti potest simul ad persuadendam sibi rem eandem argumentis iis quæ rem eandem probant modo non oppositio, Concedo. quæ rem eandem probant modo oppositio, nego. simil. dist. min. Argumenta Scientiæ fidei et opinionis probare possunt rem eandem sed modis oppositis, Concedo. modis non oppositis, nego. quare nego coam Itaque in argumentis spectari debet non restantium quam

probant, sed modus præsertim quo probant, vel cum certitudine, vel sine certitudine vel cum evidentiâ vel sine evidentiâ. Mens uti potest simul ad persuadendam sibi rem eandem argumentis quæ rem eam probant modo non oppositio. Sed iis uti simul non potest quæ rem eandem probant modo oppositio. Porrò argumenta scientiæ fidei et opinionis rem eandem probare non possunt sed modis oppositis, quemadmodum ostensum est. atque adèo male concluditur mentem posse uti simul argumentis scientiæ scientiæ fidei et opinionis ad persuadendam rem eandem ipsi sibi.

Subs. Atqui argumenta scientiæ fidei et opinionis non habent modos probandi oppositos.

Ergo nulla solutio.

Prob. subs. si quia de causâ argumenta scientiæ fidei et opinionis habere videantur modos probandi oppositos maximè propter incertitudinem opinionis et fidei obscuritatem. atqui hæc ratio nulla est.

Ergo argumenta scientiæ fidei et opinionis non habent modos probandi oppositos.

Resp. neg. min. Nam reverà incertitudo opinionis et obscuritas fidei opponuntur evidentiæ scientiæ.

Prob. min. Incertitudo opinionis est negativa tantùm non positiva, hoc est derelicta in mente, non in eam inducta; idem dicendum est de obscuritate fidei.

Ergo ex incertitudine opinionis et obscuritate fidei malè probatur opinionem et fidem modos esse probandi oppositos scientiæ.

Resp. neg. coam. quamvis enim incertitudo opinionis sit negativa non positiva, ex eâ tamen malè colligitur opinionem non opponi scientiæ, si incertitudo qualiscumque sit scìlicet derelicta seu inducta, opponatur certitudini quam adducit secum scientia. Atqui incertitudo qualiscumque sit scìlicet derelicta scìlicet inducta opponitur certitudini scientiæ, si quidem incertitudo etiam derelicta scìlicet non destructa, vera est incertitudo. idem dicendum est de obscuritate fidei cum evidentiâ scientiæ comparata. Ergo Ergo ex eo quod incertitudo opinionis sit negativa non positiva, malè colligitur opinionem non opponi scientiæ.

Objicies 2º falsa et periculosa multa consequi ex nostrâ Conclusione.

1º frustrà imperatam esse fidem eorum quæ lumine naturali sciri ab hominibus possunt.

2º locum proindè præclusum esse multis

actibus fidei circà Dei attributa quæ naaliter
sciuntur.

3.° Virum doctum non habiturum esse fidem
in ~~fi~~ iis quæ novit evidenter.

4.° Quod periculosissimum est non habiturum
cum esse fidei meritum.

Resp.oia quæ hic numerantur incommoda
prospecta olim et remota fuisse a Sancto Thomâ.

1.° fides eorum quæ naaliter de Deo sciri
possunt non ideò frustrà imperatur, sed multas ob causas quas affert Sanctus Thomas
2.æ 2.æ quæst. 2. art. 4. in corpore. et quæst. 1.
art. 4. ad tertium. 1.° ut citius hoc ad veritatis cognitionem perveniat. 2.° ut cognitio
Dei sit communior: 3.° propter certitudinem
4.° Etsi de iis quæ sciuntur non sit fides apud
eos, ea tamen præexiguntur ad ea quæ sunt
fidei, et oportet ea saltem per fidem præsupponi ab iis qui earum demonstrationem non
habent. Summatim tantùm has voces perstringo, quæ tamen attentionem propriam
singulæ merentur.

2.° fieri possunt actus fidei de Dei attributis
quæ in Deâ ejus contentâ cernuntur, non
quidem secundùm id quod lumine naali in
iis attributis notum est, sed secundùm
aliam radem quæ in iis obscura nobis est,
nimirùm spectari possunt Dei attributa

providentia V. G. Omnipotentia, ipsa etiam ejus existentia speculari possunt vel in ordine naturæ, vel in ordine Gratiæ in diuersis autem illo ordine eadem Dei attributa et lumine naturali euidenter scinntur et affectibus fidei firmiter creduntur ac coluntur. Dei unius et auctoris naturæ existentia euidenter agnoscitur. Interim verò Dei trini et auctoris gratiæ existentia per fidem creditur: nam ut habet Apostolus Hebr. 11. v. 6. accedentem ad Deum oportet credere quia est, et inquirentibus se remunerator est.

3.° Nihil absurdi est quod vir doctus non habeat fidem in iis quæ nouit euidenter. Hæc doctrina S.ti Thomæ 2.æ 2.æ Quæst. 2.æ art. 3.us ad tertium. Illa sola manifestatio, inquit, excludit fidei rationem per quam redditur apparens vel visum id de quo particulariter est fides.

4.° Vir doctus conservat fidei meritum, dum modo paratum animum habeat ad credendum etiamsi abesset scientia ita respondet S.tus Thomas 2.a 2.æ quæst. 2. art 1. ad primum.

Caput Quartum

De figuris & Modis Syllogismorum Simplicium

Numerum hic quærimus et ordinem

figurarum syllogismi simplicis; Tres tantum figuras agnouit Aristotales, Galenus autem quatuor; quæ controversia ut dirimatur sit

Conclusio ~

Quatuor sunt syllogismorum simplicium figuræ.

Probr. figura hic est dispō medii termini cum extremis, undè tot sunt syllogismorum figuræ quot sunt modi quibus medius terminus conjungi potest cum extremis in duabus præmissis.

atqui quatuor sunt modi quibus medius terminus conjungi potest cum duobus extremis vel enim medium subjicitur in majore et prædicatur in minore, estque prima figura; vel prædicatur seu est attributum in utrâq; præmissâ, estque secunda figura vel subjicitur in majore et in minore et est tertia figura; vel denùm prædicatur in majore, et subjicitur in minore estque quarta figura.

Ergo &c.

Unico versiculo continentur quatuor figuræ;

Sub præ; tùm præ præ; tùm sub sub;

denique præ sub.

Latendum est quartam figuram minus naturalem esse; nemoque facilè reuocari cùm syllogismus in quartâ figurâ conficitur, sed quoniam secundum quartam illam medii dispōem conclusio quandoque inferri potest

neâria nihil impedit quominus illa admittatur, non tamen plurimo æstu dimicandum esse arbitror, sed cuique potiùs permittendum esse uteri quam sententiam adducerit. Referam breuiter quibus argumentis impugnari soleat figura Galenica.

Responsiones ad Objecta

Objicies 1° Quarta figura per solam propõnum transpõem differt a primâ quoniam propõo quæ major est in primâ figurâ, in quartâ primum locum occupat ut videre est hoc exemplo.

Omnis hõ est animal
Õe animal est viuens.
Ergo õis hõ est viuens.

In primâ figurâ sic dicitur.

Õe animal est viuens.
Õis homo est animal.
Ergo Õis homo est viuens.

Resp. neg. ppoem. Varia dispositio medii Termini quartam figuram constituit non transpõ localis præmissarum syllogismi primæ figuræ, neque verò hæc translatio propõnum impedit quominus medium sit subjectum majoris et attributum minoris propõnis, atque idcirco observandum est majorem et minorem dicendas esse

propoco Syllogismi, non ex loco quem habent propoco in argumentatione, qui localis ordo nihil in animo mutat sed ex eo quod propoco complectantur, quæ propoco majus extremum seu attributum conclusionis habet cum medio, illa major ex primo, vel secundo loco ponatur; minor verò ea in quâ est minus extremum seu subjectum conclusionis; Quapropter ambo Syllogismi propositi sunt primæ figuræ.

Mirum verò est quod aliqui ex ipsis præstantibus. ut Gassendus, putaverint trans ponem præmissarum in Syllogismis primæ figuræ quartam figuram constituere. Ridiculum est enim majorem Syllogismi propositionem eam semper habere, quæ primo loco ponitur, minorem verò, quæ secundo loco cum vel ipsa Conclusio prima omnium sæpè proferatur in ~~Sacris~~ Colloquiis hominum.

Objicies 2°. Modi quartæ figuræ revocantur ad primam figuram ut facile animadvertitur exemplo dato modorum quartæ figuræ.

Ergo quarta figura non differt à primâ.

Resp. dist. ant. Revocantur ad primam figuram mutando conclusionem, Conc. eam non mutando nego. quare nego cõam. Equidem modi quartæ figuræ revocari possunt ad primam figuram mutando conclusionem. sed revocari non possunt ad modos primæ figuræ non mutando conclusionem; atqui inde male concluditur quartam figuram non differre a primâ; nam concludendo vis quæ syllogismis quartæ figuræ convenit, non pendet ex mutãdæ conclusionis. Conclusio enim fixa prius quam confletur syllogismus, quandoquidem syllogismus conflatur ad Conclusionem probandam. Cum igitur remanente eâdem propositione probandâ medium possit esse attributum majoris et subjectum minoris propositionis. Quarta illa concludendi rãõ est figura specialis a reliquis distincta.

Et verò non magis revocanda est ad primam figuram quarta hæc figura propterea quod revocari ad primam potest immutando ejus conclusionem, quam ad primam figuram revocantur modi secundæ et tertiæ figuræ eo quod per transpositionem, aut conversionem propositionum suarum revocari ad primam figuram possint utriusque hujus figuræ modi. Atqui modi secundæ et tertiæ figuræ non revocantur ad primam figuram, quamvis factâ transpositione aut conversione propositionum suarum ad primam figuram revocantur. Ergo pariter quamvis modi quartæ figuræ revocentur ad primam figuram immutando conclusionem ipsorum non ideo modi quartæ figuræ in modis primæ figuræ inclusi judicandi sunt.

Objicies 3°. Medium non potest prædicari de majore extremo in majore propositione et subjici minori in minore propositione.

Ergo repugnat quarta figura.

Prob. ant. quod negandum est.

Si medium prædicaretur de majore extremo in majore propositione, et subjiceretur minori extremo in minore propositione hinc consequeretur medium genalbuit fore majore extremo, et angustius minore. nam quod prædicatur genalius est, et quod subjicitur est angustius.

Atqui falsum cœns.

Ergo et antecedens.

Resp. neg. maj. nam 1°. attributum non est semper subjecto universalius sed quandoqi ipsi æquale est

ut cum dicitur homo est quid compositum ex mente et corpore. 2° cum subjectum propositionis rationi universalius est quam attributum, tunc restringitur particulis, Quidam, Aliquis, &c. Atqui si vera sunt ea quæ nunc observo, medius terminus generalior non erit majore extremo et angustior minore in quartâ figurâ. Ergo quamvis medium in quartâ figurâ prædicetur de majore extremo in majore propositione, et subjiciatur minori extremo in minore non idcirco medium futurum est generalius majore extremo, et angustius minore.

Et verò si locum haberet argumentum propositum numquam posset medium prædicari de majore extremo in majore in secundâ figurâ, nec subjici minori extremo in tertiâ figurâ, quia ratione sui latius est minore extremo et angustius majore. atqui neutrum verum. Bonæ etenim et legitimæ secundæ et tertiæ figuræ: Ergo verum non est medium non posse prædicari de majore extremo in majore propositione et subjici minori extremo in minore.

Quod ad modos syllogismi attinet, ii novendecim numerantur ratione habitâ tùm legitimæ propositionum dispositionis, quæ ex regulis anteà stabilitis pendet, tùm diuersarum figurarum secundùm quas idem modus diuersos habet syllogismos: artificiosis vocabulis exprimi solent, ut in compendio Logicæ diximus.

Caput Quintum
De
Singulis Syllogismorum
figuris,
Vbi de Regulis et fundamentis unicuique figuræ Propriis.

De Primâ figurâ.

Prima figura est ea, in quâ medium est subjectum in majore, et attributum in minore propõe.

Hæc maximè illucida est, et nãturali nãocinandi modo accommodata est, nam dum ignotam aliquam questionem probandam suscipimus dicat nos, et dirigit nos hæc prima

ad propõem aliquam assumendam clariorem, et gñaliorem in quâ quæstio illa continetur; hinc ad usurpandam propõem aliam affirmantem, quæ ostendat propõem dubiam, et in quæstionem vocatam contineri in istâ gñali propõe; hacque rãocinandi viâ, et methodo in conclũem erumpimus, quæ õia adamussim servantur in primâ figurâ, in quâ et major universalis est, et minor semper est affirmans, hinc syllmi primæ figuræ normâ cæterorum statuuntur.

Ipsa una sufficit, nam õia quæstionum genera concludi in eâ possunt, affirmantia, negantia, universalia, particularia; cum in secundâ figurâ negantia tantùm, in tertiâ particularia dumtaxat probari possint, adeò ut tres aliæ figuræ varietati gratiæ et ornatui sermonum, et disputãdum, quam necessitati serviant, et ~~facilitati~~ famulentur.

Duæ sunt regulæ primæ figuræ.

Sit mĩnor affirmans mãjor vero gẽnẽralis.

Prima est ut minor sit affirmans, si enim ea foret negans, major foret affirmans ex tertiâ regulâ gñali, et Conclũ negans ex septimâ. atqui in primâ figurâ major esse non potest affirmans, et simul conclusio esse negans, majus quippè extremum sumeretur universaliter in conclũe negante, cum tamen particulariter sumeretur in majore affirmante, utpote cujus attributum sit quod repugnat secundæ regulæ gñali, hinc syllogismus hic est vitiosus.

Vē animal est substantia.
Atqui nullus lapis est animal.
Ergo nullus lapis est substantia.

Secundo; major sit gnalis; nam si major esset particularis, medium sumeretur bis particulariter, primo in majore propōe, cujus foret subjectum. Secundo in minore affirmante, cujus est attributum, quod est contrà quartam regulam gnalem. hinc vitiosus est hic sylnus.

Quædam substantia est animal
Omnis Lapis est substantia
Ergo quidam lapis est animal.

Exinde facile demonstratur quatuor tantùm esse modos primæ figuræ, cum enim major sit universalis, vel est affirmans ut in Barbara, et Darii, vel est negans, ut in Celarent, et in ferio, cum verò minor sit affirmans, Cum verò minor sit affirmans vel universalis est ut in Barbara, et Celarent, vel particularis, ut in Darii, et ferio. horum exempla extant in compendio.

Duo sunt istius figuræ fundamenta, seu principia dici de ōi, et dici de nullo.

Primum ad modos affirmantes pertinet, et si vulgo enunciatur, quod convenit superiori convenit et inferiori, vel clarius, quidquid dicitur de aliquo subjecto secundùm totam suam extensionem spectato dicitur de eo ōi, quod sub isto subjecto continetur. Si majus

extremum dicitur de medio, dici quoque debet de minore extremo, quod sub medio continetur. Sic animal dicitur de hõe dicitur de aristotele, qui sub hõe continetur

Alterum quoque principium dicitur de modis negantibus, hocque modo exprimitur: quod repugnat superiori, repugnat inferiori: V.g. si repugnat animali non posse progredi repugnat hõi.

De Secundâ figurâ.

Secunda figura est ea in quâ medium praedicatur de utroque extremo in duabus præmissis: duas habet leges.

Vnã negans esto, nec major sit specialis.

Rã primæ legis est quod si ambæ præmissæ affirmantes forent, medium quod semper attributum est, bis particulariter sumeretur contrà regulam gñalem.

Rã secundæ est, quod si major particularis foret, majus extremum quod est ejus subjectum particulariter tantum in eâ sumeretur. Cum tamen universaliter accipiatur in conclusõe negante, cujus est attributum: quod absurdum foret, contrà regulam secundam gñalem.

Hinc colligere licet quatuor esse modos secundæ figuræ; nam cum alterutra præmissarum debeat esse negans, et major potest universalis, si major sit affirmans minor erit negans. eaquè vel universalis ut in Camestres, vel particularis ut in Baroco, si major fuerit

negans; minor erit affirmans, sive universalis sit, ut in ~~Celare~~ Cæsare, sive particularis ut in festino atque ità demonstratur quatuor esse modos secundæ figuræ.

Hujus figuræ fundamenta ad unum reduci possunt, quod his verbis concipitur; Duo non sunt quid unum, cum uni aliquid invenit, quod alteri non convenit. Vide artem cogitandi 3.ª parte, cap. 6.º

De tertiâ figurâ

IN tertiâ figurâ medium bis subjectum est unde vndè consequuntur duæ istæ leges.

Sit minor affirmans, Conclusio particularis. Primò minor debet esse affirmans sicut in primâ figurâ eademque de causâ, quoniam in utroque attributum conclusionis, attributum etiam est majoris.

2.º Conclusio debet esse particularis; nam cùm minor sit affirmans, minus extremum quod est ejus attributum sumitur particulariter in conclusione cujus est subjectum. Conclusio debet esse particularis.

Sex sunt hujus figuræ modi, nam ex decem modis ad concludendum aptis A, A, A, et E, A, E, per primam regulam excludantur A, E, E, et A O, O. Item per secundam. Ergo supersunt sex consequentes A, A, I, E, I, O, I, A, I, &c. sunquod idem Darapti, Felapton &c

Duo sunt fundamenta ~~hujus~~ modorum hujus figuræ.

Primum attinet ad modos affirmantes, liqueæ exprimitur, si duo termini eidem rei conveniant, inter se ejus quæ aliquando conveniunt V. G. si Deo mysterium est obscurum et certum aliquod certum est obscurum.

Secundum principium ad modos negantes refertur, liqueæ enuntiatur ~~q~~ cum ex duobus attributis unum convenit subjecto alterum autem ipsi non convenit, ambo inter se aliquando non conveniunt, V. G. si nulli mendacio conveniat esse honestum, et alicui mendacio conveniat esse officiosum fieri potest aliquando ut officiosum non sit honestum.

De Quartâ figurâ

In quartâ figurâ medium est attributum majoris, et subjectum minoris propositionis; rarò ipsâ utimur hincque inutilis est eam detegere. Leges dantur ejus hæc

Major ubi affirmas generalem
si minor affirmet, Conclusio sit Specialis.
Cumque negans modus est, major generaliter habeto.

Prima probatur ex eo quod medium in majore affirmante particulariter sumatur, liquidem est

ipsius attributum. at. nisi minor gñalis sit particulariter adhuc in ipsâ sumeretur, utpote cujus subjectum sit quod adversatur quartæ regulæ gñali. Ergo ut medium saltem distributivè sumatur minor debet esse generalis.

Secunda probatur ex eo quod ubi minor est affirmans minus extremum quod est ipsius attributum saltem sit ipsius particulare Ergo ex secundâ regulâ gñali debet esse particulare in conclusione. atqui minus extremum non potest esse particulare in conclusione quia particularem redderet conclusionem utpotè cujus subjectum sit. ergo

Tertia probatur quia cum in modis negantibus conclusio negans sit majus que extremum sit attributum conclusionis sit universale ex quarto axiomate, necesse est idem esse quoque universale in majore ex secundâ regulâ gñali, atqui in modis quartæ figuræ majus extremum non potest esse universale quin major sit universalis utpotè in quâ subjectum est universale. Ergo.

Hinc sequitur quinque tantùm esse modos quartæ figuræ; nam conclusio syllogismi quartæ figuræ vel affirmans est, vel negans. si affirmans fuerit hæc ità particularis est

ut inferatur ex ambabus particularibus præmissis, unde Bamalip vel ex unâ tantùm universali, ut in Dimatis; si conclusio sit negans, hæc vel gnalis est, unde Camentes, vel particularis quæ in majore ostenditur contineri intrà minorem affirmantem, seu gnalem, unde Fesapro, seu particularem, unde Fresiso.

In horum quinque modorum quartæ figuræ loco substitui solent in scholis quinque modi indirecti primæ figuræ, quos nominatos vide in compendio.

Quoniam enim Aristoteles tres tantùm agnovit figuras Sylmorum, modos ões quos hic diximus quartæ figuræ esse, ad primam reduxerunt Peripatetici, eosque modos indirectos primæ figuræ vocaverunt. existimant quippè in hujusmodi sylmis convertam esse conclusem et attributum verum esse illius subjectum, atque contra id, quod in sylmis accidit. majorem volunt esse præmissam illam in quâ subjectum conclusionis reperitur, minorem verò eam, in quâ occurrit conclusionis attributum. Sed ut suprà diximus conclusio finalis semper est, utpote quæ sit quæsita ad probandum proposita unde inuenta nunquam propriè loquendo dici potest conclusio, semperque pro minore habenda est propõ, quam ingreditur minus extremum seu subjectum quæstionis, aut conclusionis; pro majore verò proposa habenda est illa, in quâ est majus extremum, seu attributum conclusionis.

Caput Sextum

De Reductione Syllogismorum Imperfectorum ad perfectos.

Quamvis in quâcumque figurâ legitimè concludant syllogismi, modo serventur regulæ antèa traditæ, attamen primæ figuræ modi ordinem terminorum suorum habent luci orum unde si in iis erremus ignorãe ex materiæ non formæ ambiguitas, sed ut plurimum in tribus aliis syllogismorum figuris minus secundum naturam ex terminorum compõe, eoque dum majore aliquâ operâ, et attentione ut hæc videatur; quapropter harumce figurarum modi vocantur imperfecti, hoc est minus evidentes, et nãales rãe suæ dispõis; primæ verò figuræ modi perfecti appellantur, hoc est rebus disponendis accommodatiores, et menti intelligenti faciliores. quam ob causam ars quæsita ex convertendorum syllogismorum imperfectorum, in primæ figuræ modos. Ars illa vocatur ars reductionis.

Reductio est syllogismi minus perfecti in

perfectionem aut dantiæ causâ transformao: Duplex autem est illa directa, et indirecta.

Reductio directa, quæ vocari solet ostensiva, fit per transpoœm, aut conuersionem alicujus propodis aut etiam plurium. Ad Reductionis hujus praxim 1.° observanda est littera consonans, a quâ incipit modus reducendus: quæ littera una est ex his quatuor. B. C. D. F. Modi quippe imperfecti ad modos primæ figuræ similibus litteris inchoatos referuntur; nimirùm quæ incipiunt à B. ut Bamalip. reuocantur ad Barbara, qui litterâ C. ad Celarent; qui ~~et~~ littera D. ad Darii; qui demùm ab F. ad ferio. 2.° Observandæ sunt quatuor aliæ litteræ consonantes S. P. N. C. quotiescunque occurrunt in fine syllabarum cujuscunque artificiosi vocabuli, quæ litteræ indicant modum reductionis; nam S. significat propoœm esse simpliciter conuertendam; P per accidens, M eam permutandam, seù esse transponendam, Denique C denotat modum in quo est, carere reductione directâ, sed tantùm indirectâ reduci posse, ut sunt Baroco, et Bocardo. quod exprimitur frito distichs.

S. Vult simpliciter verti, P. vero per accid.
M. Vult transponi, C. per impoll. ad duci.

Proponatur jam sylogismus imperfectus. iste Pag. In Cæsare.

Cæs. . . . Nullus dives est egenus
ar. . . . . Os amarus est egenus.
C. . . . . Ergo nullus amarus est dives

Conuerti poterit in Celarent hoc modo

Ce.... Nullus egenus est dives.
la.... Vis auarus est egenus.
rent... Ergo nullus auarus est Dives.

Cæteri Sylmi eodem modo conuerti poterunt exceptis Baroco, et Bocardo.

1.° Baroco directè reduci non potest ad primam figuram, quia si majorem illius conuertas per accidens ut tantùm conuerti potest utraque illius præmissa erit particularis contrà regulam quintam gñalem si verò eam transposueris tum major erit particularis contrà secundam regulam primæ figuræ.

2.° Bocardo quoque non potest, quia vel ipsius minor conuertitur peraccidens ut solummodo conuerti potest, et tunc duæ istius præmissæ erunt particulares contrà regulam quintam gñalem, vel si transpõatur minor erit negans contra primam Regulam primæ figuræ.

Superest igitur ut ambo isti modi indirectè reduci possint; Indirecta autem reductio, quæ vocatur reductio ad incommodum, sivè ad impossibile, fit eâ propõum concessarum dispõe, quâ aut illa tam erunda conclusem legitimam este cogatur aduersarius aut pugnantia loquatur, hoc est, aliam conclusem alicui ex propõibus concessis contradictoriam admittere teneatur; cum autem fieri non possit ut duæ propõnes contrariæ, aut contradictoriæ sint simul veræ. Idcirò dum ad hanc angustias reducitur aduersarius reduci dicitur

agnos-cere cogatur

ad absurdum, seu ad impossibile. Quapropter ut fiat reductio indirecta, sumenda est propõ contradicens conclusõi, quam aduersarius conclusio præmissis negauit hanc contradicentem propõem. Concedere tenebitur aduersarius, nec pugnare contrà se uideatur: postea illa propõ contradicens fieri debet vel major vel minor, prout opus erit seruatâ alterutrâ præmissarum; in modo Baroco fieri debet minor seruatâ eadem majore; in modo Bocardo fieri debet major seruatâ eâdem minore, ut ut conficiatur syllogismus in Barbara secundum hos versus.

Servat majorem, mutatque Baroco minorem.
Majorem mutat, retinetque Bocardo minorem.

Non soli porrò modi Baroco, et Bocardo, sed cæ reliqui secundæ, tertiæ, et quartæ figuræ modi ad primam figuram per impossibile reduci possunt; Verùm ubi directa adest reducendi ratõ, ad indirectam non est confugiendum.

Hæ traduntur reductionis syllogismorum leges supra quas observari debet eas bilis simplicibus syllogismis aptari posse non compositis, seu conjunctis, imò nec complexis, undè consequitur in praxi inutiles esse hujusmodi regulas. raro etenim syllogismi simplices adhibentur, qui si in sermone identidem occurrant ratõe formæ suæ nemini solent esse obscuri.

Ubi verò dubium est de formâ syllogismorum complexorum aut conjunctorum, efficiendum est, ut in simplices priùs transformentur, quarum de iis judicium fiat legum latarum subsidio.

Quomodo hæc translatio fiat adductis quibusdam exemplis in variâ syllogismorum complexorum et conjunctorum specie ostendo.

A complexis ordior; sit iste. V. g. Syllogismus.

Lex divina præcipit ut Regibus honorem demus.
Atqui Ludovicus decimus quintus est Rex.
Ergo Lex divina præcipit ut Lud. 15^us honorem demus.
Iste Syllmus optimus est et reduci potest ad modum
primæ figuræ in Barbara. sic enim verti potest.
Reges maximo honore observandi sunt, idque est
secundùm legem divinam
atqui Ludovicus decimus quintus est Rex
Ergo Lud. 15^us debet honore maximo coli.
Scilicet ista propõ Lex divina præcipit etti videatur
principalis re tamen verâ est adjuncta et inveiendi
medius vero terminus scilicet Rex in majore non
attributum, sed subjectum propõis principalis.
Nunc venio ad conjunctos Syllmos. Esto in exem-
plum Syllmus conditionalis.
Si anima Bellvarum cogitat, incorporea est.
Atqui anima Bellvarum incorporea non est.
Ergo anima Bellvarum non cogitat.
Sic Syllmus convertitur in modum simplicem 1^æ figuræ
Vis anima cogitans est incorporea.
Atqui animâ Bellvarum non est incorporea.
Ergo anima Bellvarum non est cogitans.
Nunc vacat de copulativo et disjunctivo Syllmo
Sigillatim dicere.
Istum de Legibus Syllmorum tam multis sermo-
nem persecuti sumus propter consuetudinem
potius quam propter aliquam utilitatem enim
de percipiendam. nam 1^o hujusmodi leges pre
suâ multitudine, et varietate vix animum
penetrant, à memoriâ facilè elabuntur. 2^o
Inutiles in praxi hæ sunt, locum quippe per le

non habent nisi in simplicibus syllmis, qui raro usurpantur in disputationibus bonum. 3.o In praxi quando que impossibiles esse sunt; in argumentationibus saltem probabilibus nullus iis locus datur ut patet in sequente syllmo.

Galli ut plurimum sunt albi.
atqui homo hic est niger
Ergo verisimile est eum non esse gallum.

Qui syllmus allatis regulis vix aptari potest.

Equo ut rectius et facilius de quolibet syllmo judicium ferre possimus sciendum est antem syllogismum eò potissimum vertari ut concludamus aliquâ quali propõe, erui palam fiat unde communem status potest syllmorum principium Conclusem in alterâ premissarum contineri debere, idque per alteram judicari debere oportere; propõ in quâ Conclusio continetur vocari potest propõ continens, altera vero applicativa et indicativa notatur. eò tendunt ces regulæ, quas tradidimus; ista, v. g. Medium distributum esse in alterâ premissarum oportere, nec gradius suum debere terminus quam in premissis.

* in conclusione

In syllmis affirmantibus nihil interest an majorem an minorem indicamus esse continentem vel applicatam propõem, quia utraque aliquo modo conclusionem continet, utraque etiam ostendit illam in alterâ contineri, quoniam tamen propõ major universaliter enuntiatus ipsa pro continenti accipitur, et minor pro applicativâ.

In negantibus autem syllmis premissa negans ese semper propõ continens, et affirmans est applicativa, quia Conclusio negans majorem habet

affirmatem cum præmissâ negante, quam cum præmissâ alterâ affirmante.

Qualiscunque fuerit Syllogismus seu simplex seu conjunctus minimè necesse erit inquirere cujus figuræ, aut modi fuerit quomodo reduci possit: sed hac unicâ regulâ facillimè et certissimè quisque utetur ad explorandam ejus vim et efficaciam. Exemplis aliquot rem probemus.

Lex divina præcipit ut Sæculari magistratui obediamus.
Episcopi non sunt magistratus Sæculares.
Ergo Lex divina non præcipit ut Episcopis obediamus.

Notum est ex præsenti regulâ Syllogismum istum malè concludere, cum neutra præmissarum Conclusionem contineat: Major enim propõ ait tantùm magistratui Sæculari obediendum esse, sed minimè excludit obsequium alijs personis in aliquâ dignitate sive Ecclesiasticâ, sive civili, sive militari constitutis debitum. Quoniam verò Minor propõ ostendit Episcopos non comprehendi sub magistratibus Sæcularibus, non potest ideo concludi Legem divinam non præcipere, ut Episcopis obediamus.

Vi ejusdem regulæ bonus judicari debet iste Syllogismus

Christiana Religio obsequium servis imperat in iis rebus quæ sunt non contrà legem Dei.
Atqui commercia illicita et mala sunt at contrà legem Dei.
Ergo Christiana Religio servis non imperat obedire magistris in commerciis illicitis.

Major continet Conclusem dummodo commercia illicita, et mala contineantur in iis, quæ sunt contra legem Dei; quod ita esse declarat minor Sr rapõs. Vide artem cogitandi 3ª part. Cap. 10º et 11º

Finis
Tertiæ Partis
Logicæ

Pars Quarta Logicæ de Methodo.

Nihil ordine utilius est; hoc ipso enim universalitas continetur; hoc quodlibet alio opus a Deo constat ut eo sublato in turbatam et futilem concludem dissoluatur, at si alicubi in ipsis certè cogitationibus nostris ordo constituendus est. Quid enim mentem juvat

concipere, judicare, ratiocinari, nisi hæc ordinatio fiant.
Inordinata cogitationum series veluti confusa Bibliotheca disciplinis habendis inutilis est, quapropter multo patienda est. Illa virtus mentis aut cogitatio quâ dicta cogitata secum invicem conferuntur, et ordine quoque suo disponuntur: hanc mentis dotem, quia hoc comparare, aut assidue colere non student, innatam sibi et a veritate alienam, quæ unica est, et unica quærenda via est, errorum in hoc genere intervallis separantur.

Methodo plurimum adjuvatur, et excitatis ingenii ad res concipiendas; cum enim vita nostra finita sit, omnino non potest naturas rerum funditus cognoscere, nisi data quæ unicuique naturæ insunt, hæ omnes singillatim, et distincte examinari a nobis possint, suo quæque ordine collocata videantur.

Iidem ad res memoriter retinendas, et recolendas uti oportet, magnopere prodest Methodus. quondam res ordinatim conceptas suam speciem in cerebro facilius imprimunt, et in ejus fibris rimas seu vestigia sibi aperiunt, quæ secum mutuo communicant. adeo ut si ex ejusmodi vestigiis in cerebri substantia excitatis unum deinceps reputatur statim et aperiantur aestigia vicina, pariterque revocentur in animum cogitationes quæ colligatæ sunt cum istis vestigiis: hinc merito dicunt methodum esse matrem intellectus et memoriæ.

Quapropter non sine graui causâ, et necessitate Philosophi jam cogitationum dispositem relati quartam cogitandi viam considerant et secundum explicant.

Tribus capitibus de eâ agemus 1° gnatim. 2° de utrâque ejus specie sigillatim.

Caput Primum

De Methodo gnatim

Methodus gnatim est via et ratio inquirendi veri quod latet, illius explicandi quod jam inuentum est.

In mente cujus affectio est considerata, definiri potest actus mentis suas cogitationes ita disponentis, ut veritas ignota noscatur; et cognita demonstretur.

Eadem prout vocibus externis declaratur, et signum sui nota est methodi interioris, dicitur potest aptas nominum propositionum, et argumentationum dispositio ad docendum et discendum instituta.

Methodum in mente considerare sufficiat

Ex his definitionibus sequitur duplicem esse

Methodum alteram inventionis seu resolutionis alteram doctrinæ seu ~~resolutionis~~ compositionis.

Methodus inventionis est dispō cogitatorum qua veritas ignota detegitur, et a particularibus ad generalia, a partibus ad totum progreditur, unde respondet Inductioni de quâ jam locuti sumus et vocatur Analytica seu resolutoria.

Methodus doctrinæ est dispositio cogitationum ad probandam veritatem jam cognitam, a communibus et simplicibus ad particularia magisq; composita, à toto ad partes procedit, unde respondet Syllogismo dicturque Synthetica seu compositiva.

Methodus Analytica detegendo vero adhibetur nam inductione seu progressu a partibus ad totum, ad veritatem tandem contendimus.

Sed ubi inventa est veritas Synthetica methodo commodius explicatur et docetur, tum quia totum notius est partibus suis ut plurimum, tum quia via partibus ad totum, a speciebus v.g. ad genus progrederemur, in fastidiosam incideremus repetitionem, cum enim species non possit cognosci sine genere, genus toties explicandum esset quoties de speciebus quæstio haberetur.

Vtraque Methodus aliquando jungitur ad res firmissimè stabiliendas, cum enim per Analysin quiddam inventum est, utile aliquando est per Synthesin viam demonstrationis retinere, ne forte error in progressione obrepserit. Ità Arithmetici additione utuntur qua fiant certiores an recte inita fuerit subtractio.

Tunc liquet regressum in demonstrando vitiosum non esse licet circulus excusari non possit, tunc enim fit regressus cum diversa est demonstrandi rõ analytica et synthetica prior a speciali rei considerade, ad notiones communes ascendit, posterior a notioribus communibus ad ea quae sunt specialia descendit, in quo nullum est vitium.

Sed circulus fit cum idem demonstrandis genus, V. G. si quis ex falsâ Aristotelis opinione stellas scintillare affirmet, quod minimum a nobis distent, et vicissim eas longè distare concludat, quod scintillent, is circulum in demonstrando admitteret.

Utrique methodo plurima communia sunt.

1o quidem ad utramque methodum pertinet regula ista gñalis, a notioribus initium semper ducendum esse, tum ad minus nota veniendum.

2o partes seu instrumenta amborum sunt eadem puta vocum definitiones, axiomata, hypotheses, postulata et demonstrationes.

Caput Secundum
de Methodo Analyticâ
seu Inventione.

Analysis est rõ inveniendi veri, seu quæstionis cujuscunque solvendæ.

Analysi utendum non est in disciplinâ aliquâ integrâ tractandâ, sed tantùm in quæstione peculiari componendâ. Quæ ubi jam soluta fuerit ad eam disciplinam cujus est propria, referenda est, et Synthetică Methodo exponenda.

Quæstiones autem vel sunt circà vocabula vel circà res. Suas utraque leges habet proprias. ambæ itidem aliquas habent gnales.

Regulæ Generales Analyticæ Methodi

Qualiscunque soluenda Quæstio ista semper observandæ sunt leges

Prima Lex. Quæstionis status accuratè percipiatur; ad quem cognoscendum multa conducunt. 1°. Quærendæ sunt Ideæ ejus terminorum satis distinctæ, ut eos inter se comparare possimus. 2°. Diligenter secernendus est ignotus rei respectus qui quæritur; quamuis enim hic ignotus sit (alias nulla foret quæstio de eo) attamen certas conditiones velut sui notas, et indices habeat necesse est quibus queat et quæri et internosci, si fortè occurrerit. 3°. Iterè observandæ sunt quæstionis conditiones si quæ exprimantur, aut reticeantur ne ponantur aliquæ quæ ad rem non pertinebunt, vel

omittantur quædam nëaria, et utiles ad rem enomandam. Plerumque enim seù quæstionis impediendæ gratiâ, seù propter ignorantiam eorum qui Quæstiones proponunt fit congerendo multas voces hyperfluas ad omittendo nëarias.

Secunda Lex. Difficultates seù Quæstiones in tot partes dimidiantur, quot expedit distinguì scitùm ad illas commodius resolvendas; quâ in re consulat quisq; viribus suis, hoc est, angustiis vel majoribus vel minoribus potestati suæ ad Intelligendum.

Tertia lex Divisæ factâ multiplicium Quæstionis partium, seù casuum seù facierum ordo aliquis existat in inquisitione singularum; ità ut quæ sunt cognitu et explicatu faciliores aditum deindè faciant ad partes ejusdem quæstionis impediti-ores explicandas.

Quarta lex si Principium certum inveniatur a quo quæstionis solutio pendeat, in eo erit conquiescendum, et factâ quæstionis conparatione cum principio illo propinquo quæstionis solutio fiet.

Quinta lex. si mens examinando quæstionem propositam, ideasq; ejus suas provocando et compellendo, non videat quâ in re conquiescat ipsum non pudeat confiteri ignorantiam suam et solicitari ab Doctioribus, quod ipsi Judicent de re datâ ad examinandum.

Regulæ Analysis Quæstionum circâ vocabula

Quæstiones nominum seu vocum

sunt cæ non quidem per quas voces ipsas secundùm se spectamus, hoc est, secundùm originem suam vel suam significationem, sed per quas ex vocibus res quasdam cognoscere intendimus, putà vel ænygmatis solutionem assequi, vel autoris alicujus mentem explicare, vel inuenire autorem libri aut scripti alicujus, vel loci corrupti in libro emendationem dare.

Si ex vocibus depromere voluerimus ænygmatis vel alterius sententiæ genuinam significationem, observandæ erunt eæ sequentes regulæ.

Prima lex. Concludendum est ad voces singulas, quibus contineri videtur sensus ænigmatis propositi.

Secunda Lex. Videndum porro ex quamnam in propositâ Quæstione significationem habeant an nativam et liberalem, an metaphoricam et translatam. 2.° si de autoris doctrinâ dubium proponatur non leuiter, nec temerè transiendæ res eæ.

Equidem tempus et laborem suum parum utiliter conterunt, qui sententias explicare vel cognoscere magno conamine nituntur, seu Platonis seu Aristotelis, seu aliorum pphorum aut hôrum, qui cum scriptis multa reliquerint seu nocuerint seu noluerint: parum etenim et ad nos et ad veritatem refert an sententias quæpiam hos vel illos defensores habuerit. nulla sententia Platonis aut alterius pphi seu veteris seu recentis nomine et suffragio vera efficitur.

Verum cum scripta examinantur auctoris qui errori non fuerit abnoxius, quique in honore et reverentia esse debet, eo quod ejus mentem teneat, veritatem sit alias autus. quales sunt Sacræ Scripturæ auctores; quales etiam sunt Sancti Ecclesiæ Patres, et alii quos Deus inter hoes elegit, ut custodes sint et interpretes sacræ fidei, nè arium et perutile examen postulant hujusmodi quæstiones.

Ne vero in hisce controversiis offendamus, exscribantur leges sequentes.

I. Lex ad eundæ sunt loca in quibus auctor doctrinam suam diligentius expressit, et ex professo tradidit, eaque non leguntur aucusa in libris suis, sed in toto opere sunt considerandæ.

II.ª Lex. Non ex uno aut altero testimonio, sed ex universo auctoris systemate, constitutisque ab eo principiis et conclusionibus exinde ab ipso erutis de illius mente judicandum est, nemo enim est scriptor adeo diligens ut ex ejus libris aliqua vox et sententia decerpi non possit quæ in malam partem flecti non queat malignâ aliquâ interpretatione si eam extrahas ex aliquo sermone cum quo non tam loci tantùm, sed etiam sensus et veritatis conjunctionem habet.

III. Lex. Præsertim inspiciendæ sunt variæ sermonis circumstantiæ, quis sit auctoris scopus, ad quos sermonem convertat. an ex antipatis judiciis loquatur auctor quo quisque scriptor sæculo et tempore scripserit. labentibus enim sæculis suam nomina significandem mutaverunt. Alia non est frequentior antinomias conciliandi ratio quarum quæ ex temporum dissidentiâ repetitur: unde illud S.ti August. effatum Serm. 52.º alias 16.º de verbis Dñi. distribuite tempora, et concordabit scriptura.

IV. Lex. Consulenda sunt exemplaria ipsa prout nativa autoris lingua exarata sunt. neque dino fides adhibenda est versionibus, aut alijs quibuscunq; interpretationibus, tùm quia interpretes aliquando fallantur, tum etiam quia proprio ingenio indulgent.

V. Lex. Consulendi sunt coævi auctores quibus perspecta fuerit, et significata scriptorum sui temporis sententia.

Regulæ Analyticæ Methodi Particulares circà Res, de Quæstionibus.

In quæstionibus circà res vel quæritur existentia rerum, vel earum natura sub quâ intelliguntur proprietates, qualitates et species unde rerum quæstiones revocari possunt ad Quæstiones facti et Juris.

Quæstio facti est: Cum de re proposità quæritur an existat.

Quæstiones juris sunt eæ in quibus controversia est de naturâ, proprietatibus, qualitatibus, aut speciebus rerum. Hæc quæstio an mens humana existat, quæstio facti est: Ista

verò an humana mens sit distincta corpore juris quæstio est.

Quæstiones facti solvuntur tùm rationes, tùm testimoniis externis. Quæstiones juris rationes tantùm solvuntur.

Pertæpiè factum et rãō inter se ità connectuntur, ut ex facto rãō, et ex rãōe factum deducatur. hic modus dirimendarum facti quæstionum locum habet in Physicis disciplinis in quibus mundi fabrica, et dispositio atque institutio unius cujusq; naturæ corporeæ per conjecturas explicatur. In historiâ itidem in moralibus ac civilibus negotiis non semper factum constat per testes, aut instrumenta publica; tùm verò rãō multùm prodest ad veritatem facti asserendam

Caput Tertium
De
Methôdo Synthetica

Methodo analyticâ ad synthetică nãalis est progressus; postquam enim analysi inuenta est veritas tùm Synthetică methodo explicanda ea est; si postquam per analysin detectum est motum à materiâ non proficisci per synthesim illud demonstratur.

In câ methodo non secùs ac in analisi fit semper progressus a notioribus ad minus nota; sed in analysi res 1.o sigillatim expenditur, ut ad communes notiones fiat progressus; in synthesi contrà quatim 1.o deindè sigillatim res considerantur. quam obrem hæ regulæ statui possunt Methodi Synthetica

I. Regula. Res quantùm fieri potest tractentur ordine naali sumpto semper a simplicioribus et communioribus exordio et expositâ generis naâ prinsquam ad singulas ejus species descendatur. Nam communes nocs includunt infrà se Ideas sui naas peculiares, adèo ut benè explicatis Ideis universalibus sponte ut plurimùm veniant in mentem naturæ peculiares. Qui ordo si inverteretur iteranda esset explicatio Idearum universalium, quoticscunque de re quâpiamlevi mo esset, quæ ad nocs gnales revocanda vellet.

II. Regula. Unum quodque genus in suas species, quodlibet totum in suas partes, et quævis difficultas in suos casus distribuatur quantùm fieri potest.

Utrique Regulæ adjuncta sunt hæc vocabula quantùm fieri potest. nam aliquando accidit vel propter humanæ mentis angustias, vel propter limites disciplinæ quam tractamus summo jure observari nequeant: eas tamen unusquisque ante oculos ità habere debet, ut ab iis nunquam nisi summâ necessitate, et majore emolumento diutius discedat.

Cæterum usus Methodi Synthetica
familiaris efficitur Studio
Geometriæ, et adsuetudine
hujus artis; Geometræ
etenim Synthesi maximè
obtemperantes sunt
dum res explicant
aut demonstrationes
conficiunt

Finis

Quartæ Partis,
ac proindè
Totius Logicæ

SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE



Index Logicæ

Inductio - - - - - - - - - 5
Procemium - - - - - - - - 7.
De Nomine & Naturâ Phiæ - - - - - id.
De Causis Philosophiæ - - - - - 11
De Divisione Philos. - - - - - 17
Proœmium de Logicâ - - - - - 21
1a Pars. De Notione & Ideâ - - - - 25
De natura notionis & hujus proprietatibus - 26
De Divisione Notionis - - - - 27.
Speciebus Ideæ. - - - - - 28.
De Signis Idearum - - - - - 35.
2da Pars. De Judicio - - - - - 40.
De Natura Propositionis - - - - 42
De Proprietatibus - - - - - 45.
De Partitionibus Propõis - - - - 46
De Comparatione Propositionum inter se - 52.
De Ratiocinatione Propositionum - - 55.
Pars. 3ª De Ratiocinatione - - - 56.
De Ratiocinatione Simul in mente habenda 58.
De Argumentis Naturâ - - - - 60
De Natura Syllogismi - - - - 64.
De Speciebus Syllogismi - - - - 73
Pars 4ª De Methodo - - - - 77
Studium physiologiæ - - - - 79
Præfatio - - - - - -

61 — De philosophia in genere
82 — De nomine & notione Phiae
84 — De existentia Phiae
100 — De Nota veritatis
115 — De Disputationibus Phiae
118 — De Sectis Phiae
139 — De Sectis materialis Phiae
143 — De Nexionis Phiae
153 — Brevis Phiae Historia
171 — Analyses Phiae in Genere
179 — De Divisione Logicae generatim
180 — De Nomine & Natura Logicae
182 — De Genere Logicae
194 — De Differentia Logicae
209 — De existentia Logicae
212 — De Utilitate Logicae
219 — De Divisione Logicae
222 — Appendix

232 Pars 1a De Notione & Idea
Quidsit Nota & Idea

SOBRE BOR

6 2, 416 1
B 4

Edouard De

Narcé